BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
11.C
32

14
16
5-4

Ethica ꝛ Politi. Ariſto. cū com. Auer.

Ariſtote. Stagyrite Ethicorum Lib. x. cū Auer. corduben. exactiſſ. cōmentarijs. Item ꝛ eiuſdem Ariſtote. Politicoruʒ. lib. viij. ac Oeconomicorū Lib. ij. Leonardo aretino interprete. Quos omnes: ſi ad vnguez inſpexeris: eos priſtino candori reſtitutos comperies.

¶ Uenundantur Lugduni apud Scipionē de Gabiano in vico mercuriali.

Cum gratia ꝛ priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

de Annibale Rossi

14. 16. F 4

Lectori. S.

HEus tu lector iam pre oculis teneas: quam ſedulitatem in hac Enchiridij iſtius ſectione preſtitimus. Stapulenſis ſiquidem Fabri aſtipulatu in Politicis: Oeconomicisq; eam peruigilauimus elucubrationem: vt quod ab elegantia alienum viſum eſt: nitore romano illuſtrauerimus: necnon lectionem omnem ſuis capitibus ornauerimus. Solet enim lectio quamuis prolixa: ſi in capita ſeiungatur legentium animos demulcere: ⁊ memoriam tenaciſſime obfirmare: ⁊ inquiſitionis laborem adimere. Nec hoc te dono fraudatum voluimus vti particeps an oleum ⁊ operam perdiderimus: quum noſtro ductu facilius lectio ſit euoluēda. Vale: ⁊ recto examine cōſidera: nū pollicitis res ipſa reſpondeat. Quod ſi bene ceſſerit vitam precator in alijs emendationibus viuaciores ſimus: ⁊ auſpicati videamur.

Leonardi Aretini in Libros Ethicorum Prohemium.

ARiſtotelis Ethicorum libros latinos facere nuper
inſtitui:non quia prius traducti non eſſent:ſed quia
ſic traducti erant vt barbari magis quam latini effe-
cti viderentur. Conſtat enim illius traductionis au-
ctorem quicunqꝫ tandem is fuit:quem tamen ordi-
nis predicatorum fuiſſe manifeſtum eſt:neqꝫ grecas:neqꝫ latīas
literas ſatis ſciuiſſe. Nam ⁊ greca multis in locis male accepit:⁊
latina:⁊ ſic pueriliter ⁊ indocte reddit vt vehementer pudendūꝫ
ſit tam ſupine craſſeqꝫ ruditatis. Quinetiam frequenter verbo
rum:que optima ⁊ probatiſſima latinitas habet:ignarus atqꝫ in
opulentia noſtra mendicans cum greco verbo latinum reddere
neſciat quaſi deſperans:et conſilij inops ita vt iacent greca dimit
tit. Ita ſemigrecus quidem ⁊ ſemilatinus fit in vtraqꝫ deficiens
lingua:in neutra integer. Quid dicam de transformatione ora-
tionis qua nihil eſt turbatius:nihil peruerſius. Atqui ſtudio-
ſum eloquentie fuiſſe ariſtote. ⁊ dicendi artem cum ſapientia cō
iunxiſſe:et Cicero ipſe multis in locis teſtatur:⁊ libri eius ſum
mo cum eloquentie ſtudio luculentiſſime ſcripti declarāt. Itaqꝫ
ſi quis illi nunc ſenſus eſt rerum noſtrarum : iampridem creden
dum eſt huic abſurditati ⁊ inconcinitati traductiōis infenſum:⁊
tātā barbariē indignatū hos ſuos libros eē negare:cū talis apꝺ
latinos videri cupiat:qualem apud grecos ſeſe ipſe exhibuit. nec
vero mihi quiſquam obiecerit latine lingue inopiam. Nam illa
quidem abunde locuples eſt:nec ad exprimendum quoduis : ve
rumetiam ad exornandum ſatis:modo ipſa ſciatur. Ignorantēꝫ
vero iſta aggredi ⁊ vitium ſuum lingue aſcribere ſtultiſſimum ſi
mul ⁊ indigniſſimum eſt. Videmus Plautum quidem ⁊ Teren
tium poetas comicos ⁊ de leuiſſimis rebus tractantes. Menan
dri fabulas ex greco ſumptas ſic latinas feciſſe:vt cuncta etiam
minutiſſima exprimant. nec tamen verbis grecis vtuntur : neqꝫ
elegantia ſumma illis deeſt:neqꝫ ornatus. Ciceronem quoqꝫ in
his libris:in quibus hec ipſa ab ariſto. tractata preſcripſit nūqꝫ
exprimendi facultas :nunqꝫ vbertas orationis defecit. Tantūqꝫ
abfuit vt quereretur:vt multis etiam locis diſſeruerit latinā lin
guam pleniorem eſſe qꝫ grecam:in quo licet quibuſdam refraga
tum ſit:tamen eatenus vt grece noſtram non anteferrent plenā
certe ⁊ locupletem eſſe faterentur. Qui enim latine lingue rudi
tatē accuſant:hi mihi neqꝫ Mar. Tulliū legiſſe vnqꝫ videꝫ. neqꝫ
Virgi. quorum equidē nō video cur aut alteri Demoſthe. in ſolu
ta oratione : aut alteri Homero ſit in carmine preferendus.

Supra hos vero quos greci proferunt nullos habēt. Sed quid
ego: aut de collatione vtriuſqꝫ lingue: aut de accurata verborum
repreſentatione diſputē. Eruditoꝝ ſit iſta cura retruſa quedā et
limata exquirere. at hic noſter interpres: ꝛ in planiſſimis tanq̄
in ſalebra heret: nec in penuria laborat: ſed in diuitijs mendicat.
Ponam vnum aliquid de ſuis quo manifeſtius diſcernatur in il
la diligenti ariſto. mediorum extremorumqꝫ deſcriptione: quib⁹
virtutes ꝛ vitia contineri oſtendit iſte interpretans quodam loco
ſic inquit. Circa delectabile autem quod quidem in ludo medi⁹
quidē eutrapelos ꝛ diſpoſitio eutrapelia. Superabūdantia autē
bomolachia: ꝛ q̄ hꝫ eam bomolochos. qui autē deficit agrichos
quis ꝛ habitus agrichia. O ferreū hominem. nō poſſum equidē
legens me continere. hoccine eſt interpretari? Atqui poterūt hec
omnia que ob ignorantiā reliquit cōmode ꝛ eleganter latine di
ci. Primū enim qđ ille, in ludo inquit magis equidem in ioco di
cendum reor. Nam ludere pila ꝛ alea magis dicimus: iocari aūt
verbis. In ioco igitur laudabilē illam mediocritatē quam greci
eutrapeliā vocant. noſtri tum vrbanitatē tum feſtiuitatē tum co
mitatem tum iocunditatem dixere. Et qui ita ſe habet: vrbanus
feſtiuus comis. iocundus eſt. Hec omnia probata ſunt verba: et
ab optimis auctoribus frequentata: ꝛ videtis copiam lingue no
ſtre. Superabūdantia inquit bomolochia hoc proprie eſt ſcurri
litas apud noſtros: verbum ita optimum: ꝛ qui illam habet: ſcur
ra. qui autem deficit inquit agrichos. quis hic proprie eſt ruſtic⁹:
ꝛ habitus de ſe ruſticitas: vt ſit qui mediocritatem in iocādo ſer
uat vrban⁹: ſiue comis: qui omnino deficit: aut abhorret: qui ita
iocoſus eſt vt modum excedat: ſcurra. Num hec latine dici poſſe
videntur? Utrum ergo in lingua defectus eſt vel in ipſo? Atqui fie
ri poteſt vt ipſe in phia doctus fuerit. ſed equidem non puto: cuꝫ
videam ipſum res quoqꝫ ſimul cum nominibus conſuetudinem.
Quid enim tritius apud eos qui de moribus ſcribunt: q̄ hone
ſti vocabulum: cum ſtoyci: quoruꝫ Seneca maxime inter noſtros
imminet fines bonorum in honeſtate collocarint: ꝛ frequētiſſime
diſceptetur an vtile ab honeſto ſeparari queat. omnes virtutis
actiones honeſto contineri dicimus. Enimuero h̄ pro honeſto
grece ab ariſto. vbiqꝫ poſito: ſemper latine bonum expreſſit. per
abſurde quidem: nam ꝛ ſi omne honeſtum eſt bonum: tamen ali
ter de honeſto: aliter de bono loquimur: vt etiam aliter de anima
li: aliter de ſubſtantia: q̄uis etiam omne animal ſubſtantia ſit.
Quod ſi quia omne honeſtum ſit bonum: propterea bonum in
terpretari licebit. Pro vtili quoqꝫ vbiqꝫ poſitum fuerit bonum
dicemus: ita tria maxima que in phia verſantur bonum: vtile: et
honeſtum: in vnum confundemus. Et cuꝫ vtile ab honeſto ſepa

rari poſſit: ne ecne q̄rere volemus: ſic pꝛoponetur. nunquid bonuꝫ a bono ſeparari queat. ⁊ ſtoyci ſi beatam vitam in bono queſitā eſſe dicerent nullus negaret. At in honeſto poſitam epicurei negant: in bono autem concedunt: quod ⁊ ipſi bonum appellant voluptatem. Igitur iſto modo interpꝛetari vtrum tandem cōuertere eſt ariſto. dicta: an peruertere. Bono quidem contrarium eſt malum: honeſto autem turpe. Hec vt apud latinos vocabulis diſtincta ſunt: ſic etiam apud grecos que ille ſi modo quicq̄ intelligeret nunq̄ cōfundiſſet. Dicam ⁊ de alio errato q̄ꝫq̄ infinita pene ſunt. at duo vel tria oſtendiſſe ſatis erit: pꝛeſertim in maximis ⁊ pondus habentib⁹. Nulla fere maioꝛ contentio in philoſophia fuit q̄ de voluptate ⁊ doloꝛe. Cum alij Eudoxum ⁊ ariſtippum ſecuti in voluptate ponere ſummum bonuꝫ non dubitarint: ſummumq̄ in doloꝛe malum. alij contra: non modo ſummum bonū non eſſe voluptatem: verumetiā abiectum quoddam ⁊ paruum. Omnes tamen res quas gerimus doloꝛe ⁊ voluptate tanq̄ gubernaculis quibuſdam regi fatebātur. Hec igitur duo .circa que omnis de moꝛibus vtitur diſciplina: ⁊ que omnes noſtri qui de philoſophia vnq̄ ſcripſerunt: voluptatem ⁊ doloꝛem appellant: iſte quemadmodum interpꝛetatus eſt: quaſi nunc pꝛimum naſceretur: nec quicq̄ vnq̄ legiſſet pꝛo voluptate delectationē poſuit pꝛo doloꝛe autem triſtitiam. Pꝛimum quero que cauſa fuerit ab vſu loquendi Cice. Senece Boetij Lactan. Hierony. ⁊ alioꝛum noſtroꝛum recedendi: reſpondebit credo ſi vera fateri volet: nunq̄ ſe iſtos legiſſe: delectatiōis autem ⁊ triſtitie e vulgo ſumpſiſſe: at enim hos pꝛeſtantiſſ. viros legiſſe opoꝛtuit. Nam vulgus quidem haudquaq̄ pꝛobatus eſt loquendi magiſter. Sed quero nō iam ab eo: ſed ab his quos illum defenſuros eſſe reoꝛ: que nam cauſa fuerit vetus ac pꝛobatum verbum relinquendi: querendi nouum: vtrum diceret delectationem idem eſſe quod voluptatē: an voluptatem non illud deſignare quod idonin: greci dicunt. Pꝛimum vt idem valeat delectatio ⁊ voluptas: non fuit tamen cauſa a conſuetudine veterum pꝛeſertim excellentiſſimoꝛum abeundi. Deinde totum hoc erroneum eſt: nec eſt idem voluptas et delectatio ſi modo contraria ex contrarijs noſcuntur. Triſtitia enim quod ille contrarium delectationi eſſe voluit non doloꝛem: ſed grauitatem ⁊ ſeueritatem ſignificat que ſunt fere cōtraria hylaritati. Itaq̄ triſtitiam vultus dicimus: ⁊ iudicem triſtem. i. ſeuerum ⁊ grauem. Et in Lelio hylaritas fuiſſe perhibetur: in Scipione autem vita triſtioꝛ: ambitio maioꝛ. Cum ergo triſtitia non ſit doloꝛ: nec delectatio: certe erit voluptas. Inſuper delectatio vt mihi quidem videtur extrinſecum quoddam eſt: voluptas autem intrinſecum. Delectant enim magnifici apparat⁹: delectant

Forte melius ⁊ pꝛauum.

ſoni ⁊ cauſatus: delectat hyſtrio dum fabulas agit. Hec omnia
ab extra proueniunt: vt igitur ictus ſagitte non eſt ipſe quidē do
lor: ſed dolorem mouet: ſic delectatio iſtarum rerum ab extra pro
ficiſcens non eſt ipſa voluptas: ſed efficit voluptatem. Eſſe autē
voluptatem latine quod greci idonin vocant: ⁊ ſic interpretari
oportere nullus vel mediocriter doctus ignorat quo magis ad-
mirari cogor in hoc tātam ruditatem: ne dicam ignorantiā fuiſſe.
Tullius in lib. de finibus bonorum ⁊ malorum ita ſcribit: quod
greci idonim vocant: nos appellamus voluptatem. Et ſepe que
rimus verbum latinum par greco: ⁊ quod idem valeat: hic nihil
fuit quod quereremus. Nullum enim inueniri poteſt quod magis
idem declaret latine quod grece quam declarat voluptas. Hec
Tullius: cuius ni fallor verba oſtendunt ⁊ voluptatem dici opor
tere: delectationem non oportere. an igitur hunc ducem in ſcopu
lis ſequar: quem in plano offendentem turpiter ⁊ labentem in-
ſpicio: vt nec honeſtum dicere ſciat: nec voluptatem ⁊ dolorem in-
telligat. Inſuper cum aliud ſit eligere: aliud expetere: qm̄ in eligē
do conſultationem ⁊ deliberationem premittimus non in expetē
do: ⁊ expetimus ſemper bonum: eligimus nonnunquam minus ma-
lum: idque ariſto. accurate diffiniat ⁊ in loquēdo plurimū emicat.
Noſtrique etiam non minori cura hanc diſtinctionem ⁊ cautelam
ſequuntur: ⁊ iſte verba in quibus ad claritatem ⁊ vim doctrine
plurimum refert ita confundit: vt pro verbo expetere vbicunque in
greco expoſitum eſt eligere dicat: expetere autē nunquam dicat: quo
facto tota pene doctrina confunditur. Quid dicam de extremis
⁊ medijs: in quibus ariſto: virtutes collocauit ⁊ vitia: ⁊ ſingula
ſcrutari niſus eſt quod hic inermis ⁊ rudis: pauca de noſtris: et hec
ipſa inepta reliqua vt ſunt in greco dimittit: vt qui illa legunt ni
hilo plus adipiſcantur quam ſi nihil legiſſent. Preterea cum virtuti
oppoſitum noſtri vitium appellant quod Cice. placet dictum eſſe
ex eo: quia vituperabile ſit: iſte neſcio qua ratione maliciam nun
cupat: quod eſt tum ineptum: tum inſolens: tum vnius certe im-
probitatis nomen non vniuerſe vitioſitatis. Ego igitur infinitis
pene huiuſmodi erroribus permotus cum hec indigna ariſto. in
digna quoque nobis ac lingua noſtra arbitrarer cum ſuauitatem
horum librorum que greco ſermone maxima eſt in aſperitatē cō-
uerſam: nomina intorta: res obſcuratas: doctrinam labefactatam
viderem. laborem ſuſcepi noue traductionis: in qua (vt cetera
omittam) id aſſecutum me puto: vt hos libros nunc primum lati
nos fecerim: cum antea non eſſent.

¶ Ariſtotelis Stagyrite Peripatheticorū principis: Ethicorum Liber Primus: ad Nicomachum eius filiū Leonardo aretino interprete: feliciter incipit.

OMnis ars/omniſq; doctrina: ſimiliter autem ⁊ actus electio bonum quoddam appetere videtur: quapropter bene oſtenderunt ſummum bonum quod omnia appetunt. Uidetur autem inter fines differentia quedam. alij namq; ſunt operationes: alij p̄ter eas opera aliqua. Quorum vero fines ſunt aliqui preter actiones in his potiora ſunt opera ꝙ̃ operationes. Sȝ cū multi ſint actus ⁊ artes ⁊ ſcientie: fit etiam vt multi ſint fines. Nā medicine quidem ſanitas: nauicularie vero nauigium: rei militaris autem victoria: economice vero diuitie. Quecumq; autē ſunt hmōi ſub vna aliqua virtute: quemadmodum ars frenorum faciendorum: ⁊ alie omnes que ad ſtructuram equorum pertinent ſub equeſtri conſiſtunt. Ipſa vero equeſtris ⁊ omnis bellica actio ſub re militari: eodemq; modo alij ſub alijs. In cunctis autem fines earum que magis principes ſunt omnibus inferioribus ſunt anteponendi. Nam illorum gratia iſtos proſequimur. Nihil autē refert vtrum operationes ipſe fines ſint actuum vel preter ipſas aliud quiddam: quemadmodum in his que appellantur ſciētie. Si igitur agibilium finis quiſpiam eſt: quem propter ſeipſum velimus: alia vero propter illum: nec omnia propter aliud optamus nam ſic in infinitum eſt etiam progreſſus: vanaq; ⁊ ſtulta reſultaret cupiditas: manifeſtum eſt id eſſe ſummum bonum ⁊ optimum Atq; huius nimirum cognitio ad vitā noſtram multū cōferre: ac velut ſagittarij ſignum hn̄tes facilius quod oportet aſſeq̄remur. A Sūmū bonū ē q̄d oīa appetūt. Finium drīa. B

¶ Incipit commentum Auer. ſuper Libros Ethicorum Ariſto.

¶ Capitulum primum, de eo quod eſt aliquis finis perfectiſſimus operabilium bonorum in quem cetera reducuntur: quem opȝ maxime intendere ⁊ querere. qui etiam eſt optime diſciplinarum ⁊ proprium bonum hominis: quem melius eſt dirigere in pluribus ꝙ̃ in vno. 1

DIxit Ariſtoteles quoniam omnis ars: ⁊ omnis ſcientia: ⁊ omnis actio: ⁊ omnis electio rei eſt alicui⁹: per vnamquāq; quidem earum bonum aliquod intendi ⁊ deſiderari videtur: ⁊ eſt finis intentus per artem: aut ſcientiam: aut actionem: aut electionem. Et cum ſint fines iſtarum cunctarum hec quod omnia appetunt: ⁊ ſint fines earum omnium: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ omnia appetunt bonum. ¶ Et propterea bene dixit qui deſcripſit bonum per hoc ꝙ ipſum eſt qđ oia appetūt: ⁊ diuerſitas quidem inter fines intētos per artes eſſe videtur: nō pp diuerſitatē artiū tm̄: lȝ ⁊ ex eo qđ fines Bñ dixit q̄ deſcripſit bonū ꝙ ē id qđ oia appetunt.

In artibꝰ in qbꝰ ſines ſunt acta ⁊ nō actiones acta ſunt meliora actionibꝰ

a Eadē diſtinctio hꝫ 3.ph.cō.3.

in quibuſdā artiū ſunt actiones ipſemet.vt in arte ſaltādi ⁊ pcutiēdi cythas
rā:⁊ in quibuſdā earū fines ſunt acta ⁊ nō actiones:vt ſanitas in arte medi
cine.In artibꝰ aūt in qbꝰ fines ſunt acta nō actiōes acta meliora ſunt actio
nibꝰ:cū actiones q̄ ſunt in ipſis ſint gr̄a actoꝝ.¶D.Cū itaqꝫ ſint artes et
ſcie plures:⁊ erūt fines plures:vt artis medicine finis eſt ſanitas:et artis
operādi naues nauigiū:⁊ artis gubernādi bella victoria:⁊ artis gubernā
di domū finis ē opulētia.¶Dixit. a Artiū aūt q̄dā ſūt ſubalternate alijs
vt ars frenoꝝ:⁊ reliq̄ue artes:qbꝰ vtiť equeſtris ſunt ſub arte bellica:⁊ ſilr
oīs actio bellica eſt ſub arte gubernādi bella:⁊ ſilr in alijs gn̄ibꝰ rerum in
quibꝰ ſpeculātur artes ſicut inueniunť in eis artes plures ſub arte vna p̄n
cipali in illo gn̄e:⁊ in oībꝰ iſtis finis artis principalis dignior eſt ⁊ melior
fine artis q̄ ſub ipſa eſt.fines eīn artis q̄ ſub principali eſt nō queruť niſi
gr̄a finis artis principalis:⁊ nō eſt dr̄ia in his in hoc vt fines earum ſint
actiones aut acta.¶D.Neceſſe eſt aūt vt ſint in iſtis rebꝰ q̄ egunť res q̄s
volumꝰ pp̄ ſeipſas:⁊ eſt res q̄s volumꝰ pp̄ aliū:⁊ vt nō ſit oīs actio ex actio
nibꝰ humanis volita pp̄ rē aliā:ſi eīn ſic eſſet ꝓcederet in infinitū:nec eſſet
finis cōprehēſus:⁊ eſſet deſideriū inane.Cum itaqꝫ ſint hic artes actiones
quarū queruntť pp̄ aliud:⁊ artes actiones quarū q̄runť pp̄ ſe:manifeſtū eſt
ꝙ finis eiꝰ q̄ queriť pp̄ ſe eſt bonū pfectū ⁊ optimū rerū cū ſint reliqua bo
na q̄ſita gr̄a huiꝰ boni:⁊ hoc ſiue ſit iſtud bonū vnū aut multa:aut ſit artis
vnius aut artiū pluriū.¶D.Et cognitio huiꝰ boni eſt vltima in vita hu
mana:⁊ eſt grāde adiutoriū i venuſtate eius.intelligo per vitā ciuilitates.
Cognito nāqꝫ fine determinanť actiones q̄ ducūt ad ip̄m:⁊ q̄ remouēt ab
ipſo:⁊ dirigiť intētio verſus ip̄m.Queādmoduꝫ accidit baliſtarijs q̄ p̄fixo
eis ſigno dirigūt ſagittas ſuas ꝯtra ip̄m:⁊ ſic certius attingūt ipſum.Et ta
liter ſe hn̄t hoīes in adipiſcēdo id qđ opꝫ cognito ipſo.vꝫ.dirigūt actiones
ſuas ꝑ quas applicanť ad ipſum.¶Conandum eſt igiť nobis hic ad com
prehendendū finē iſtū ſm viā deſcriptionis ⁊ exēpli.ſ.ſermoni vli:⁊ ad de
clarandū q̄d eſt:⁊ cuius ſciarū ⁊ artiū eſt.¶Videť aūt eſſe potiſſime artiū:
⁊ maxime principāliis:⁊ hmōi q̄dē eſt ars gubernādi ciuitates. Etenī hec
ars principatur oībus artibꝰ cū determinet quas artes ⁊ ſcias opꝫ eſſe in ci
uitatibus:⁊ quas artes ⁊ ſcias opꝫ exercere vnūquēqꝫ hoīm:⁊ quas artes ⁊
ſcias opꝫ exercere quoſdā hoīm:⁊ vſqꝫ ad quē finē opꝫ diſcipulos peruenī
re in diſcēdo artes.Cū igitur hec ars taliter ſe habeat:ad reliquas artium
eſt principalior earū.¶Et patet hoc etiā ex eo ꝙ honoratiores artiū ⁊ no
biliores earū ſupponunť huic arti:vtpote regitiua belli ⁊ regitiua domus
⁊ rhetorica.ſ.ip̄a ordinat has artes ⁊ metitur eas.Si ergo fuerit hec ars.ſ.
regitiua ciuitaiū vtēs reliquis artibus ⁊ menſurās eas ⁊ ponēs quid opꝫ
operari:⁊ a quo opꝫ abſtinere de oī re:neceſſariū eſt vt ſit finis eius ample
ctens reliquos fines artium.Cūqꝫ ſit bonū qđ intēdit hec ars illud bonuꝫ
qđ continet omnia bona:eſt neceſſarium ꝙ ſit finis eius bonum illud quod
appropriatur homini in eo ꝙ homo:⁊ ſi enim bonum qđ appropriatur ho
mini vni ſit bonum:illud in ſpecie qđ appropriať vniuerſitati ciuiū maius
⁊ perfectius.Iſtud quidem eſt:poſito ꝙ bonū perfectū poſſibile eſt haberi
a ſolitario:ſicut poſſibile eſt haberi a ciue.Si autē hoc non appropriatur:
tunc manifeſtius eſt ꝙ hoc bonum neceſſarium eſt inquiri.ſ.bonum quod
appropriatur ciuitati.¶D.Et ſi fuerit ſuſceptio huius boni:et conſerua
tio ipſius ne tollatur.amabilis quidem vni.ſ.vt inueniatur ei ⁊ conſerue
tur erit inuētio eius ciuibus:⁊ conſeruatio ſua ipſis melior et honoratior:
et hoc eſt quod intendimus per hunc librum.ſ.inuentio huius boni:⁊ con
ſeruatio ipſius ciuitatis.

F

Ars gubernandi ciuitates principať oibus artibus.

Capitulum ſecundum.

Quod ſi ita adinteudū eſt idipſum quaſi ꝑ figurā cō‑ A
pꝛehendere q̇d ſit: ⁊ cuius ſciarū vel facultatū: videt
pfecto eius eſſe q̄ maxime dominet atq₃ p̄ſideat. Ta‑
lis ꝟo ciuilis apparet. Hec enim ⁊ quas diſciplinas
in ciuitatib⁹ eſſe: ⁊ quales quē𝔮 addiſcere: ⁊ quouſq₃
op₃ ipſa diſponit. Uidemus et honoꝛatiſſimas facultates huic
ſubeſſe: vt rem militarem economicā: rhetoꝛicā: cū𝔮 ſcientiis reli‑
quis quarū eſt in agendo opus vtat: ac pꝛeterea leges ferat: ⁊ q̇d
agere q̇ſ𝔮 ⁊ a quo abſtinere debeat: ipſa cōſtituat eius pꝛofecto
finis aliarū fines cōtinebit. Itaq₃ illud erit vtiq₃ ſummū bonum
humanum: ⁊ ſi ens idem eſt vni ⁊ ciuitati: maius tñ ac perfectius
ciuitatis videtur: ⁊ in capiendo: ⁊ in cōſeruādo: amabile quidem
⁊ vni ſoli. pulchꝛius tamē ac diuinius genti ciuitatibuſ𝔮. Inten
tio igitur circa iſta verſat: ciuilis q̇dā ꝯſideratio exiſtens in qua
dici ad ſufficientiā putandū erit: ſi ſm ſubiectā materiā declaret. B
Nā certitudo quidē nō eodē mō eſt in oib⁹ perquirēda. Quēad‑ Certitu‑
modū nec in artificiū operib⁹. Honeſta ꝟo ⁊ iuſta de quibus ciui do i oib⁹
lis conſiderat tantā varietatē ⁊ diſcrepātiā habent: vt lege dūta nō ē eodē
xat: nō autem natura conſtare videant. Talē quādam ⁊ ipſa bo mō pquiſ
na habent varietatē: ꝓpterea ꝙ ſepe ab illis accidunt detrimēta. renda.
Jam eñ quidā ob diuitias periere: alij ob foꝛtitudinem. Satis
ergo fuerit de his: ⁊ ex his loquentes groſſo modo ac veluti per
figuram veritatem oſtendere: ⁊ ſm ea que plurium fieri ſolent de
hmōi rebus trāſigere: eo deni𝔮 modo ſingula que de his dicen‑
tur recipiēda ſunt: nā eius qui eruditur eſt eatenus in vno𝔮uo𝔮
genere certitudinem exigere: quatenus eius natura rei recipit.
Simile quippe videtur a mathematico perſuaſionem recipere: et
ab oꝛatoꝛe demonſtrationem requirere.

Scdm capl'm in quo oſtenditur ex qualibus: ⁊ qualia op₃ in hac metho‑
do concludere. ſ. ex contingentibus nātis ⁊ contingentia nata ſm ꝙ exigit 2
huic methodo ſubiecta materia Dixit.

Opoꝛtet autem vt ſufficiat quod dicetur in hoc quando
fuerint ſermones inducti ſm ꝙ poſſibile eſt in
materia ſubiecta: vult vt ſint propoſitiones inductarū ſicut
in pluribus: non autem neceſſarie. M. Non enim inquiren‑
da eſt certitudo in omnibus artibus eodē modo: immo opoꝛ‑
tet vt requiratur in omni arte ſm materiam in qua ſpecula‑
tur talis ars. Quēadmodum ne𝔮 opoꝛtet vt inquiratur certitudo in omni
bus que aguntur vno modo. M. Res autem pulchꝛe et pertinentes iuſti
tie: ⁊ ſunt ille in quibus ſpeculatur hec ars. ſ. regitiua ciuitatum tantā ha‑
bent diuerſitatem incidentem eis ⁊ erroꝛem: eo ꝙ materia ſua ſit poſſibilis
quod plures opinati ſunt ꝙ bona ⁊ iuſta ſunt nobis tantum per legem. i.
per poſitionem: et ꝙ non eſt hic aliquod bonum et iuſtum per naturam. C
Et iam accidit ſimile huic erroꝛi in bonis q̄ in ſe bona ſunt eo ꝙ iam acci‑

dit pluribus hominū ex ipſis nocumentū: vt quibuſdam iam cõtingit perí culum ex parte diuitiarum: ⁊ alijs ex parte fortitudinis. ¶D. Et ꝓpter hoc intentionis quidē ⁊ voluntatis noſtre eſt vt puenlamus ad veritatē illarꝫ rerū per viam groſſam ⁊ exēplarem. ſ. per diffõnes ⁊ deſcriptiones q̄ adaptant rebus exiſtentib' in illa ſpecie vt in pluribus: ſed nõ omnibus. ſicut eſt diſpoſitio in diffinitionibus materie neceſſarie. Et per demonſtratiões quidem in quibus ſint concluſiones ſic in pluribus.

D ¶Quiſq; bene iudicat que cognoſcit: eorumq; bon' eſt iudex.
Quiſq; bñ Singula igitur is qui in ſingulis: ſimpliciter autem is qui in cū
iudicat q̄ ctis eruditus eſt. Ex quo fit vt iuuenis quidem nequaquam idó
cognoſcit neus auditor ſit ciuilis diſcipline. Rudis enim earum rerꝫ que in vita verſantur: ſermo autem ex illis: ⁊ de illis eſt. ſequax vero adhuc affectibus exiſtens inaniter ⁊ inutiliter audiet cum finis
Nihil re non cognitio ſit ſed actio. Nihil autēꝫ differt etate quis iuuenis
fert etate ſit: an moribus. Non enim in tempore defectus: ſed in viuendo ⁊
qs iuue in perſequendo ſingula ſecundum animi perturbationem. Nam
nis ſit an talibus quidem inutilis erit iſta cognitio: quemadmodum his
moribus. qui incontinentes ſunt. Qui vero cupiditates ſuas rationi ſubijciūt his iſta ſcire multum admodum proderit. at de auditore q̄dem: ⁊ quemadmodum recipiendum ſit. ⁊ quid propona m⁹: hec prefatos eſſe ſufficiat.

3

¶Tertium capitulum in quo oſtenditur qualem oportet eſſe huiusmethodi auditorem. ſ. eruditum ⁊ expertum circa moralia: ⁊ ideo nec iuuenē ſm etatem: nec ſm morem iuuenilem.

ETenim prudentis. Intendo inſtructum in arte logíces vltimate inquiſitionem certitudinis in ſermone in vnoquoq; genere in quo ſit ſpeculatio ſecundꝫ q̄ ſuſtinet natura illius generis. Equale enim peccatum eſt ſi receperis ſufficientiam perſuaſiuam a domino doctrinaliū aut exegeris demonſtrationem a rhetore. ¶D. Et vnuſquiſq; hominum recte dirigit iudicium circa rem in qua ſciens fuerit. Et iudex diſcretus in re quadam eſt qui dirigit iudicium in re illa eadem: ⁊ eſt prudēs in illo genere: idem cognitor logices particularis que appropriatur illi generi: bonus autem iudicator abſolute eſt qui recte iudicat de omni re de recto. videlicet. ⁊ non recto: ⁊ iſte eſt prudens abſolute: dico eum qui prudens eſt in arte dialecticcs communis. ¶D. Et propter hoc doctrina ciuilis non pertinet auditori puero: nam puer inexpertus eſt actionum que debent eſſe in vita. ſcilicet non diſcernit rectum a non recto. ſermo autem hic non eſt niſi de his actionibus: ⁊ in his. ¶Dixit. Et quoniam ecce puer ꝓſecutor eſt eorum ad que ducit eum aīa ſua ex deſiderijs: erit auditio eius ſermonis noſtri fruſtra ⁊ inutiliter: quoniā finis nr̄ in eo de quo loquimur hic nõ eſt ſcire: ſꝫ agere. ¶D. Et non differt vt ſit q̄ eſt in hac diſpoſitione puer etate: aut puer moribus: defectus enim ſequens virum deſiderijs nõ eſt ex breuitate tp̄is: nam ſi eſſet ſic non inueníretur ſenex proſecutor deſiderij: ⁊ ꝓpter hoc non ꝓficiūt iuuenes per hanc cognitionem: ſicut nec proficiūt per eam cõpleti qui non retinēt ſe a delectationibus. ¶D. illis autem qui deſiderāt ⁊ agunt ſm q̄ dictat intellect' ⁊

et ratio perutilis eſt ſciẽtia qua hic tractat. ¶ D. hoc igit̃ eſt ad quod nos oportuit peruenire in ꝓhemio nr̃i ſermonis .ſ. qualis debeat eſſe diſcipulus huius artis in moribꝰ ſuis. Et qđ eſt ꝓpoſitũ noſtrũ in hoc ſermone: et eſt gubernatio ciuitatũ: ⁊ cuius gñis ſunt ratiocinationes quibꝰ vtimur in eo .ſ. opꝫ eſſe ordinẽ earũ in credulitate: aut formatione.

¶ Q̃m vero vt prediximꝰ oĩs cognitio atq; electio bonuꝫ quoddam affectat: videamus quid eſt id qđ ciuilem dicimꝰ affectare: ⁊ qđ oium agibilium ſupremum eſt bonum. Noĩe quidẽ oẽs fere cõſentiunt: felicitatem eñ vulgus ſimul eruditiq; appellãt: ſed ⁊ bene viuere ⁊ bene agere pro eodem accipiũt: ac felicẽ eſſe. Quid vero ipſa felicitas ſit de eo ſane inter ſe diſcrepant: nec idem vulgus ſapienteſq; tradiderunt. Nam alij quidam ex his que clara ⁊ manifeſta ſunt vt voluptatem: aut diuitias: aut honorem. Alij item aliud nõnunq̃ etiã vnus ⁊ idem diuerſa. Egrotans eñ ſanitatem: Pauper diuitias: ignorantie ſue conſcij eos qui magnũ aliquid: ⁊ ſupra ſe dicunt admirãtur. Quidaꝫ vero ⁊ preter hec bona aliud quiddã ipſum ꝑ ſe eſſe putant: ꝙ cauſa ſit omnibus his cui bona exiſtant. ¶ Cunctas igitur opiniones ſcrutari ſuperuacaneum forſan eſſet. Sufficiet autem ſi illas que apparentes ſunt: aut rationem aliquam habere videantur.

¶ Quartũ capitulũ de eo ꝙ ſumẽdũ eſt quid eſt finis operabiliũ bonorũ: ⁊ eorũ omnium ſummũ bonũ. ⁊ ꝙ ipſe eſt felicitas: cum enumeratione quarundam opinionum de felicitate que ipſa ſit. D. 4

Nunc aũt reuertamur ad id a quo incepimꝰ a principio ⁊ dicamus. cum per oẽm cognitionẽ ⁊ omnẽ electionem non deſideretur niſi bonuꝫ aliquod qđ eſt bonũ: ꝙ ars gubernandi ciuitates hꝫ et intendit: et eſt illud qđ appetimus ꝑ ipſam .ſ. bonum excellentius et altius oĩm bonoruꝫ. Dicimus igitur ꝙ pene ab omnibus cõcordatum eſt in eſſe eius: ⁊ in ipſius nominatione. nam plures hoĩum ⁊ peritiores ipſorũ opinati ſunt ꝙ decor vite et decor conuerſationis eſt vt conuerſatio acquirere faciat felicitatem. ¶ Verũtamen inuenimus eos diſſentientes: ⁊ in diffinitione huius felicitatis .i. diſſentiunt in hoc quid ſit. Quidã enim hominũ dixerunt: q̃m felicitas eſt aliq̃d ex rebus apparentibꝰ: de quibus manifeſtum eſt ipſas eſſe bonum. Quidã ergo dixerunt ipſam eſſe voluptatem: quidam autem diuitias ⁊ opulentiam: quidã vero honorẽ: alij aũt aliud aliquid preter hec. Et vir ꝯſiderando in opinionibus hominum circa ipſam inueniens quãlibet ſectam ponentẽ eam in partem alteram ab ea in qua ponit ipſam ſecta alia: ita ꝙ inuenimus vnum eundem variantẽ dictionem ſuam circa ipſam ſm varietatem ſtatus ſui. Infirmans autem dicit ſanitatem: depauperatus autem diuitias. ¶ D. Cum autem plures recognoſcunt ignorantiam ſuam de quiditate ipſius cum hoc ꝙ conueniũt in confeſſione ſui eſſe eam admirantur dictum eius qui dixerit de ea dictionem ſuperexcellentem hoc quod ipſi intelligunt de ea. ¶ Dixit. 5
Et iam putauerunt quidam quod hoc eſt bonum aliquod exiſtens per ſe extra animam preter bona iſta multa: ⁊ quod bonum hoc eſt cauſa bonis omnibꝰ: vt ſint bona: vnde quod iſti opinati fuerint quod cognitio huius boni quod extra et applicatio ad ipſum eſt beatitudo: vt dicentes ideas

eſſe. ¶ Dixit. Fortaſſis autē inq̄ſitio de oībus opinionibus dictis de beati tudine oneroſa eſt ꝛ inanis: ſufficit eñ de famoſioribus earū inq̄rere: aut de quibus putatur ꝙ in ipſis ſit argumentum perſuaſiuum.

¶ Nec vero nos lateat differre eos ſermones q̄ a principiis ſunt ꝛ eos qui ad principia. Recte enim Plato dubitauit queſiuitq̄: vtrum a principiis via ſit: an ad principia: quemadmodum in ſtadio ab his qui principia ponunt ad finem vel contra incipiendū quid a notis eſt: ſ; qui bifariam. Alia enim nobis nota ſunt: alia ſimpliciter nos fortaſſe ab his que nobis nota ſunt incipere debemus. Itaq̄ bene inſtitutum moribus eſſe oportet eum qui de honeſtate ꝛ iuſtitia ꝛ omni ciuili ratione ſufficienter ſit auditurus. Nam principium eſt: quia ꝛ ſi hoc ſufficienter conſtat: nihil opus erit propter quid. Sed qui ita inſtitutus eſt: aut iam habet principia: aut certe faciliter cupiet. ¶ Cui vero neutrum iſtorum adſit is audiat Heſiodum.

Recte plato dubitauit vtrū a principiis via ſit an ad principia.

Optimus ille quidem qui per ſeſe omnia noſcens.
Preceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit.
Ille bonus rurſum monitus qui recta ſequatur.
Qui nec ipſe videt: neq̄ credit recta monenti.

Heſiodi verſus.

Hic nulla in parte vtilis eſt. Sed redeamus vñ digreſſi ſumus: bonū ꝛ felicitatē non abſq̄ ratione ꝛ modo viuēdi exiſtimare videntur.

5 ¶ Quintū capitulū de eo qḋ opꝫ incipere a poſterioribus natura: ꝛ nobis magis cognitis ad inueniendū quid eſt felicitas: ꝛ ideo auditorem bene et vt ci cōſuetudinibus: vt facile habeat vel ſuſcipiat principia. Dixit.

ET non opꝫ vt nos lateat quid intereſt inter demonſtrationes que fiunt ex principiis rerum primarum. ſ. ꝛ inter demonſtrationes que ducunt ad cognitionem cauſarū vult ꝙ inter eas eſſet differentia magna ſm ꝙ declaratū eſt in lib. demonſtrationis. ¶ D. Et propter hoc recte dubitauit Plato circa hanc intentionem: ꝛ. d. vtrum via que ducit ad principia eſt ſicut via que a ductore exercitū in ſtadio tendit ad poſtremū ſtadii: aut econuerſo. Veruntamen vniuerſaliter opꝫ vt incipiamus in doctrina a rebus manifeſtis. ¶ Res autē iſte dupliciter ſunt: q̄dā earū ſunt manifeſte ſm nos: ꝛ ſunt ille ex quibus procedimus ad principia abſolute: et q̄dā earū ſunt manifeſte ſimpliciter: ꝛ ſunt ille que manifeſte ſunt ſm nos: ꝛ ſm materiam: ꝛ ex his equidē ꝓcedimus a priori ꝛ ad poſterius. In hoc aūt fortaſſis expediens eſt vt incipiamus a rebus manifeſtis apud nos: vnde oportet eū q̄ vult inſtrui in rebus pulchris ꝛ iuſtis ꝛ vl'r in rebus pertinentibus ciuilitati inſtructione ſufficiente vt ſint mores eius ſm ꝙ oportet. Qui enim talis fuerit in moribus iam hꝫ ſciam harū rerū: quare ſunt tñ ꝙ eſt principiū ſcientie rei: ſi autem hic contentus fuerit non eſt indigens in virtute ſua ſcientie: quare res eſt: ꝛ eſt principiū qḋ ordinatur poſt ſciam: q2 res eſt. Qui ergo fuerit talis in moribus hꝫ principia ꝛ ſuſcipiet ea facile: dico principiū quare: ꝛ principiū ꝓpter q̄d. Qui autem neutrū ado ptationum habuerit. i. nec eſſe nec cauſam animaduertat: ſermonem poete dictātis. Optimus eſt hominum q̄ a ſemetipſo intelligit quid expedit: qui autē ab altero hoc intelligit: eſt in via directionis: qui vero nec a ſemetipſo intelligit nec ab altero recipit: hic vir eſt inutilis.

Idē. 1. ph. t. c. 2.

¶ Nam vulgus quidem atq; onerosiſſimi voluptatē. Quapro- A
pter ⁊ ipſi vitā adamāt voluptuoſam. Tres eñ ſunt maxime p̄ci Tres vite famoſe.
pue illa quā nunc dixim⁹. Itē ciuilis. Tertia ꝯtemplatiua. Vul-
gus igitur oīno ſeruile videt vitā pecoꝝ diligendo. Suſtentatur
aūt ob id qḋ pleriq; in poteſtatib⁹ ꝯſtitui inſtar Sardanapali vi
tā agunt. Elegātes aūt viri ⁊ reb⁹ agendis apti honorē. Hic fe-
re.n. ciuilis vite finis eſt. Sed videt leuior ꝙ̄ is quē q̄rim⁹ finez:
magisq; in honorātib⁹ ꝙ̄ in eo q̇ honorat ꝯſiſtere. Nos aūt pro- B
priū qddā ⁊ qḋ leuiter auferri nequeat ſummū bonum vaticina
tum. Inſup honorē ſequi vident vt ſe bonos eſſe ꝯfirment. Ita-
q; a ſapientib⁹ maxie querunt: ⁊ apud illos q̇ eos cognoſcunt: ⁊
virtutis cauſa laudari. Patz igitur ꝙ̄rum ad hos attinet virtutez
eſſe potiorē: atq; eā fortaſſe q̇ſpiā ciuilis vite finē magis putabit.
Sed videtur hec imꝑfectior. Nam ⁊ dormire virtutem habentē
⁊ nō opari in vita recipe videt: ⁊ inſup maxia mala aduerſitateſ
q; ſubire. Eum vero q̇ ita viuat nemo beatum dicet niſi poſitio-
nem cuſtodiēs: ⁊ de his quidē ſatis. Nā ⁊ in coronis de his abū
de dictum. Tertia eſt ꝯtēplatiua vita de qua in ſequentib⁹ conſi-
derationem faciemus. Pecunijs vero intendens violentus qui-
dem eſt. Ipſeq; profecto diuitie nequaꝙ̄ ſunt id quod querimus
bonum. Utiles enim ⁊ alterius gratia. Itaq; magis illa que ſu-
pradiximus fines quis exiſtimet: qm̄ propter ſe expetunt: ſed ap-
paret nec illa eſſe: ꝙ̄uis multa verba in his conſumpta ſint.

¶ Sextum capitulum de hoc ꝙ vnuſquiſq; eſtimat felicitatem ex propria 6
vita: ⁊ ꝙ tres ſunt vite famoſe. ſ. voluptuoſa: ciuilis: et cōtemplatiua. Qua
rum primā et eius ſectatores oīno deſpicit. Opinātes honorē eſſe finē ciui
lis redarguit: oſtendēs ꝙ nec virtus ipſius eſt: nec diuitie: ⁊ tractatū de cō
templatiua vſq; ad decimum librum ſuſpendens. Dixit.

Accipimus ergo ⁊ dicimus: ꝙ homines in opinatio-
ne ſua de bono et felicitate: qm̄ exiſtimāt
in vita ſm ꝙ vident non deuiauerunt a rectitudine. hec enim
eſt res in qua conueniunt: verūtamen vulgares ⁊ groſſi pu-
tant ꝙ hoc bonum ſit voluptas: ⁊ quod vita ciuilis faciens
lucrari felicitatem eſt vita lucratiua voluptatis: et fiunt
quidez famoſi propterea ꝙ multi potētes ſuper res regni ſimilantur Sar
danapalo in immergendo ſe voluptatibus. Illi autem qui ducunt vitam
bonam et operatores ſunt actionum nobilium. ſ. qui preeligunt honeſtuz
eſtimant bonum iſtud eſſe honorem: et ꝙ vita humana eſt ad lucrandum
hoc bonum donec fere putetur ꝙ honor ſit finis gubernatorum ciuitatuz:
dico principes. ¶ Cunq; exquiſite conſiderate fuerint vite: videtur qḋ ex-
cellentiores earum et prepollentes ſint tres. vita voluptuoſa: et vita hono
ris: et vita comtemplatiua. dico ſecundum illos qui digniorē iudicant con C
templationem et virtutem. ¶ Vulgares autem videmus propinquos ſer- Honor potius eſt in
uis et eligentes vitam pecudum in dicto ſuo. quod finis vite humane ſit honorāte
voluptas. ¶ Dicit vero eorum qui dixerunt quod finis ſit honor apparet ꝙ̄ in ho-
corruptio ex eo quod de re honoris: manifeſtum eſt quod ipſe vilior eſt norato.
queſito bono per actum viuendi humanum. Uidetur eñ ꝙ honor potius

eſt in honorāte ꝙ in honorato: dico bonū illud qđ eſt honor: bonū aūt qđ eſt felicitas nō eſt niſi in actore ſuo: ꝛ ꝑpter hoc difficilis eſt ablatio ei⁹ ab ipſo. ¶ Amplius patēs eſt ꝙ multi illoꝝ q̄ querūt honorē maxime querunt ipſum quatenus per hoc affirmēt ſe eſſe bonos: ꝛ iō querūt honorē ab intelligētibus: ꝛ ab his qui noti ſunt a virtute. Manifeſtū eſt ergo ſm viā ipſoꝝ: q̄ virtus melior eſt honore: quare fortaſſe eſtimādum eſt virtutē potius eſſe finem vite ciuilis ꝙ aliud: attamē inſufficiēs videt̄ eſſe ꝛ hoc. Si eñ ſic eſſet nullū oporteret excuſare ſe a ſomno. Videmus eñ ſe poſſe dormire hominē ꝛ habere virtutē. Et ſm hanc etiā radicem poſſibile eſt ei vt ſit felix: et nihil operās tota vita ſua: aut laborās vel carēs proſperitate in maiorib⁹ rerum ſuarum. Et manifeſtū eſt ꝙ nō opinatur aliquis de hmōi ipſum eſſe beatum: neqꝫ dicit hoc de tali niſi velit per hoc cuſtodire poſitionē vel radicem quam poſuit ꝛ credulitatem quam defendit: dico ſm modum cōtradictionis lingua ſua nō corde. ¶ D. Et iam diximus de iſtis rebus l dictis, noſtris famoſis quātum ſufficit. ¶ De vita aūt tertia ꝛ eſt vita cōtemplatiua poſteā perſcrutabimur in poſtremo. ¶ D. Lucrum aūt ꝛ diuitie: manifeſtum eſt ꝙ nō ſunt bonum qđ queritur per regimen ciuile: vtilia quidē eñ ſunt ad aliud: ꝛ nō queruntur niſi ꝑpter aliud: felicitas aūt nō querit̄ niſi ꝑpter ſe: quare predicta potius eſtimāda ſunt fines nō eſſe: cū nō querant̄ ꝑpter ſe: ꝛ ideo locuti ſuimus multū de eis in alio loco: ꝛ oſtendimus fedum eſſe dictum dicentis eas eſſe fines: opꝫ ergo vt relinquamus illa.

¶ His igitur omiſſis: de vniuerſali forſan videre preſtabit: ꝛ quē
B admodū dicatur inquirere: ꝙꝙ hec q̄ſtio pardua ſit ob amicos q̄ ideas introduxerūt. Sed ꝓ defenſione veritatis etiā ꝓpria impugnare oportere: preſertim phos magis forſan eſtimandū eſt. Naꝫ cū ambo ſint amici piū eſt veritatē in honore preferre. Hui⁹ opinionis latores nō ponebāt ideas: in quib⁹ pri⁹ ꝛ poſterius dicebatur. Itaqꝫ nec numerū ideam cōſtituebāt. Bonū aūt dr̄ ꝛ in eo qđ quid eſt: ꝛ in eo qđ quale: ꝛ in eo qđ ad aliqđ. Qđ ꝑo p ſe atqꝫ ſubſtantia prius eſt natura ꝙ id qđ ad aliqđ eſt: natura id tanq̄ adiacens quiddā: ꝛ accidēs ſubſtātie vr̄ eſſe. Quare in his quidē
B nequaq̄ cōis foret quedā idea. Preterea cū bonū tot modis dicatur quot modis dr̄ ens: n̄ā ꝛ in eo qđ quid. Ut deus ꝛ mens: et in quali virtutes ꝛ in quāto menſuratū: ꝛ ad aliqđ vtile: ꝛ in tēpore occaſio: ꝛ in loco dieta: ꝛ alia hmōi manifeſtum eſt nō cōe eſſe vľe ꝛ vnum. Nō eñ in olbus: ſed in vno dūtaxat predicamēto diceretur Plato cum eorum que ſm vnā ſunt ideā vna ſit ſcientia certe ꝛ bonorum olm vna ſcientia foret: nunc aūt ſunt plures etiā eoꝝ que ſub vno predicamēto ſunt. Ceu tpis quidem in bello res militaris: in morbo medicina: in laborib⁹ gymnaſtica. Ambigat vero quiſpiam quid dicere velint ipſum quodqꝫ ſiquidem in ipſo homine: ꝛ in hoīe vna atqꝫ eadem rō hoīs eſt. Qua enim hō nihil different: ꝙ ſi ita nec qua bonum: ſiquidem nec magis album id quod diuturnū ꝙ id quod vnius diei. Probabilius autem videꝫ

Qđ p ſe ē atqꝫ ſbā ē pri⁹ ē n̄ā ꝙ id qđ ē ad aliqđ.

tur dicere Pythagorici in ordine bonorum vnum reponũt: quos
ꝛ Speuſippus ſequi videtur. Verum de his dicetur alio loco. Ex
illis vero que ſupradiximus dubitatio quedam ſuborta apparet:
qm̄ de vniuerſo bono ſermo habebatur: ꝛ que nos propter ſeipſa
appetimus atq; optamus ſecundum vnam ſpeciem dicuntur.
Que vero hec efficiunt aut cuſtodiunt non contraria prohibent
propter illa dicuntur ꝛ alio modo. Conſtat igitur bifariam dici
bona: alia propter ſeipſa: alia propter illa. Que ergo ꝓpter ſe bo
na ſunt ab vtilibus ſeparantes conſideremus ſi ſecundum vnaꝫ C
dicantur ideam. Sed que ponenda ſunt propter ſe bona. an qđ Bona alia
ſola licet quis perſequitur veluti ſapere videre: ꝛ voluptates q̃ ꝑꝑ ſe: alia
dam ꝛ honores. Nam hec ꝛ propter ſe bona aliud ſequamur: ta ꝑꝑ alia.
men ꝛ propter ſeipſa in bonis quis reponat an nihil aliud quicq;
preterq; ideam. Itaq; ſuperflua ſpecies erit. Si autē ꝛ hec ſunt
propter ſe bona: eandem in cunctis rationem boni extare oporte-
bit: quemadmodum albedinis in niue ꝛ ceruſa. Honoris autem
ꝛ prudentie ꝛ voluptatis alie atq; diuerſe ſunt rationes qua bo-
na ſunt: non eſt ergo bonum commune aliquid ſecundum vnam
ideam: quemadmodum ergo dicuntur: neq; enim ſimilia viden-
tur his que fortuito equiuoca ſunt. Sed. videlicet ex eo: quia ab
vno ſunt: aut quia ad vnum cuncta conterminant: vel ſecundum
potius analogiam. Ut enim in corpore viſus in anima mens et
aliud certe in alio. Sed hec fortaſſe relinquenda nunc ſunt. Nam
rite diſcutere alterius eſſet philoſophie magis. ſimiliter autem
de idea. Si enim vnum quiddam eſt quod communiter de omni
bus dicatur bonum: aut ſeparabile aliquid per ſe clarum eſt id
non eſſe tale quod ab homine agi: vel poſſideri queat. Nunc au-
tem tale aliquid queritur. ¶ At forte alicui videri poteſt melius
eſſe idipſum cognoſcere gratia illorum bonorum que agi poſſi-
deriq; poſſunt. Nam ſi hoc tanq̃ exemplar habuerimus magis
intelligemus que nobis ſunt bona: intelligentes vero adipiſce- D
mur. ¶ Hec verba ſuaſionem continent quandam: ſed ſcientiis
diſſonare videntur. Nam ille quidem omnes bonum affectantes: ꝛ
quod deeſt perquirentes cognitionem huius pretermittunt. At-
qui tantum ac tale auxilium a cunctis artificibus ignorari: nec ꝑ
quiri abſurdum eſſet. nec vero apparet quid conferat textori: aut
fabro ad artem ſuam ſi ſciuerit quid ipſum ſit bonum: aut quid
medicus vel de re militari peritior fuerit ſi ideam ipſam contem-
platus ſit. Neq; enim iſto modo ſanitatem conſiderare videtur
medicus: ſed hominis ſanitateꝫ: immo forte huius: nam ſingulis
medetur: ac de his quidem ſatis.

7 ¶ Septim̄ū capitulum de vniuerſali bono ⁊ idea ſi eſt aliquid tale:⁊ ſi ad illud reducendum particulariora bono:vt ad perfectiſſimum quod nō̄ eſſe quoquomodo oſtendit prius:deinde quoniam ſi eſt nonvt operabile: neq̄ practicis illius actib⁹ cognitio confert ad perfectionem:licet aliqualiter cōferre videatur.Dixit.

DE bono autem vniuerſali quod opinantur quidam beatitudinem eſſe melius: viſum eſt nobis vt hoc ſcrutemur ⁊ conſideremus qualiter ſe habet :quamuis inquiſitio de ipſo grauis ſit nobis:propter hoc ꝙ quidam amicorum noſtrorum dixerunt ideas eſſe.Uerūtamenviſu͞ʒ eſt nobis melius eſſe vt obſeruemus veritatem:⁊ expendamus proprietatem ſermonum noſtrorum in eius defēſione quando fuerit neceſſariū hoc nobis:ēt ſi nō ꝓfitemur pħiam:q̄to magis ip ſam profitentes ⁊ digniſſimam iudicantes ⁊ anteponētes.Etenim qn̄ fuerint nobis duo amici diſſidētes quoꝝ alter veritas veritati ꝯſentiendum.

Ponētes ideas nō poſuerūt eas ī reb⁹ ī qb⁹ ē p⁹ ⁊ poſteri⁹

¶ D.Qui autem hanc tenuerūt opinionē.ſ.pōnem ideaꝝ nō poſuerūt eas exiſtere in rebus in quibus eſt prius ⁊ poſterius ineſſe:ſed in rebus vnius ordinis ineſſe:⁊ ideo non poſuerunt ideas.verumtamen ex dictis eorū ſequitur vt ſint idee in huiuſmodi rebus.ſ.coordinatis:cum bonum vl'e dicat̄ de ſb̄a:⁊ de quali:⁊ de relatiōe:ſitq̄ ſb̄a relatiōe prior naturalr̄: plura namq̄ ſunt relationis que vident̄ non hr̄e eſſe niſi in ал̄a:⁊ dē multis eorū manifeſtum eſt:ꝙ ſunt res accñtes alteri:q̄ꝺ ita ſit neq̄ horum erunt idee communes extra animam.¶ Amplius bonū his modis dicit̄ q̄bus ⁊ eus. bonum enim dr̄ de ſb̄a quēadmodū de deo ⁊ intellectu:ꝙ eſt bonus:⁊ dicitur de quali vt de virtute:⁊ de quanto vt de equali:⁊ dr̄ de relatione vt ꝺ cōferente:⁊ dicitur de tp̄e vt de hora conueniente:⁊ dr̄ de loco vt de habitatione.Eodem modo de reliquis rebus:de quibus dr̄ nomē ens.vʒ.de.x.p̄dicamentis.Cum igitur nomen boni ſynonyme dicatur nomini entis:dicat̄ ambigue de.x.p̄dicamētis.i.non ſm̄ intētionē vnā quā ꝑticipent.x.predicamenta:manifeſtum eſt:ꝙ nō eſt hoc bonū vnū cōe vl'e.Si.n.ſic eēt:nō diceretur de oībus p̄dicamentis:ſed de vno ipſorum tm̄.Naʒ natura vna cōis nō eſt niſi in p̄dicamēto vno:⁊ cū nō ſit hic natura cōis oīb⁹ reb⁹:tūc nō ē hec idea vl'is.t.ex ал̄am vna ſm̄ ꝙ videbat hic Plato.¶ D.Ampli⁹ ſciētia quidem eoꝝ q̄ in vna ſunt idea vna eſt ſcīa:ſi ergo bonorum oīum vna eſſet idea;eſſet eoꝝ oīum vna ſcīa.nō eſt aūt ſic.Sed nos inuenim⁹ bonis que ſunt in vno predicamento ſcīas plures vt hore ꝯueniēti.eſt.n.ī p̄dicamento quando:verūtñ ſcīa hore ꝯueniētis in bello ꝑtinet ad artē bellādi: ⁊ conuenientis in medicatiōe ꝑtinet arti medicine.Sicq̄ eſt de ſcīa ꝑpati ꝙ eſt ad aliq̄d:ſcīa aūt quidem eius indicta ꝑtinet arti medicine:⁊ in labore pertinet ſcientie exercitiorum.¶ D.verūtñ dubitatoris eſt vt dubitet in hoc ⁊ dicāt:qm̄ non eſt hic bonū niſi bonum ꝑticulare:⁊ terminus boni particularis ⁊ vl'is: eſt vnus:vt terminus hōis ꝑticularis ⁊ vl'is.etenim ſicut non eſt dr̄ia inter vtrūq̄ ineſſe hōiem.ſ.inter ꝑticulare ⁊ vl'e:ſic ſe habʒ in bono vniuerſali ⁊ particulari:⁊ cum ſic ſit:nō eſt dr̄ia inter bonū ⁊ bonū.ſ.vl'e ⁊ particulare:niſi ꝙ vnū eoꝝ eſt ꝑpetuū.ſ.vl'e:⁊ alterū nō ꝑpetuū: ⁊ non facit longitudo tēporis in vno eoꝝ:⁊ breuitas eius in altero neceſſario diuerſitatē.i.in ſb̄a eoꝝ in magis ⁊ min⁹:neq̄ in forti⁹ ⁊ debilius vt in albo longi temporis.ipſum.n.nō eſt magis albū albo breuis tp̄is.¶ D. Et vr̄ probabilius eē ꝙ dixerūt in hac intentione pythagorici.ſ.ꝙ eſt idea cōis ſeparata qn̄ poſuerunt:ꝙ hec idea q̄ eſt bonū abſolutū ē ipm̄ vnum: et ſimiliter ſecut⁹ eos in hoc Speuſipp⁹ q̄dā ali⁹.¶ D.Uerūtñ ſpeculatio

E
Ens ⁊ bonūſt nola ābigua.

F
Albū lōgi tp̄is nō ē magis album albo breuis tēporis.

ineſſe

ineſſe idee vl'is alteri⁹ eſt ſcie. In hac autē noſtra q̄ſtione vr̄ eſſe dubitatio
q̄dā et hoc ꝙ poteſt quis dicere: qm̄ ſermo in quo arguiſtis bona eſſe mul=
ta eſt de omni bono: q̄ſitū autē hoc nō eſt oē bonū: ſed bona q̄ ſunt bona ꝑ
ſe: et hec dicunẗ ſm vnā ſpeciē. Illa autē que dicunẗ cū his per modū equi=
uocationis ſunt factiua horū et cuſtoditiua aliquo modorū: aut prohibiti
ua ↄtrariorū: de his em̄ nō dicẗ ꝙ ſint bona niſi gratia iſtorū. ſ. que ſunt
bona per ſe. ¶D. Sed cū ſit manifeſtū ꝙ bona dicunẗ ſm duos modos ſcʒ
bona per ſe: et bona gratia iſtoꝝ. i. vtilia ad hoc: ⁊ ſit quidē ꝑſcrutatio hec
de bonis q̄ ſunt bona per ſe: tūc opʒ vt inquiram⁹ de iſtis bonis an ſint in
vna idea: an nō. dicim⁹ ꝙ̄ ꝙ nō credit aliquis ꝙ hec ſint bona ꝑ ſe niſi bo=
na q̄ querunẗ ſm ſuā ſingularitatē: ⁊ qn̄ in ſe diſtinguiẗ vt intell'9 ⁊ ſpecu=
latio: et quedā voluptates et honores: has etem̄ res ⁊ ſi q̄rantus ſm viam
dicentiū ideas gratia rei alteri⁹. ſ. idee: tn̄ poteſt quis ſm modū aliquē po
nere in bonis ꝑ ſe niſi ſit ita: ꝙ nō ponat aliquod bonū preterq̄ȝ ideā: erit
ergo ſpēs inanis: dico cōpoſitū ex materia ⁊ forma. Si autē fuerint bona
hec ex bonis per ſe: dico cōpoſita: et ſit bonū in ipſis vnū opʒ vt ſit termi=
nus boni in eis vnus: et idē ſicut termin⁹ albi qui eſt vnus in niue et in ce
ruſa et in alijs rebus albis. ſ. nō diuerſificaẗ termin⁹ albi ex eſſe ſuo in ni= Nō diuerſificaẗ termin⁹ albi ex eſſe ſuo i niue ⁊ i ceruſa.
ue et in ceruſa. ¶D. Manifeſtū vero eſt ꝙ diffinitiones iſtoꝝ bonoꝝ triuʒ
q̄ ſunt bona ꝑ ſe dico honorē: intellectū: voluptatē: altere ſunt et diuerſe ſʒ
ꝙ bona: ⁊ cū ita ſit nō habēt bonū cōmune eis idea vna: ita qð dicaẗ nomē
boni de ipſis vniuoce: neq̄ȝ etiā̄ dicẗ de eis pure equiuoce: ita qð nihil ha=
beant cōmunitatis niſi in nomine ſolo. Illa em̄ que ſic ſe habēt nō partici=
pāt niſi ſolā dictionē cōuenienti⁹ autē eſt vt nomē boni dictū de ipſis ſit
ex ſpecieb⁹ participatiōis que nominaẗ ambiguitas: ſi ſit vt nomē ambi=
guū qð dicẗ de reb⁹ multis: aut q: veniūt oīno ab intētione vna: aut q: tē
dunt ad finē vnū: aut q: dicunẗ de reb⁹ multis cōſimilib⁹ ſicut eſt nomen
principiū qð dicẗ de corde in aīali ⁊ de fundamēto in pariete. eſt em̄ com
paratio cordis ad aīal ſicut cōparatio fundamēti ad parietē. ⁊ ſil'r nomē ꝑ
fectionis dictū de intellectu ⁊ ſenſu: etem̄ habitudo intellectus ad aīam eſt
ſicut habitudo ſenſus ad corp⁹: ⁊ digni⁹ his trib⁹ bonis eſt vt ſit nomen
boni dictū de eis ſm viā que dicẗ de proportionalib⁹. ¶D. opʒ autē vt di
mittamus hanc ꝑſcrutationē in hoc loco: alteri⁹ em̄ inquiſitionis eſt: vult
ꝙ ſint artes logices vel ph'ie prime. ¶D. Et ſimiliter ſermo de ideis et in=
ueſtigatio de ipſis inquātū ſunt idee: pertinet ſciētie alteri. vult ph'iam pri
mā. ¶D. Qð autē hic apparet eſt qm̄ ſi fuerit bonū queſitū nominatū. vʒ.
felicitas res erit per ſe nō cōmune predicabile de nobis aut ſeparatū. nam
cōmune illud bonū nō eſt inuenibile nec acquiſibile. Nos autē in hoc lo=
co quidē inquirim⁹ bonū potēs acq̄ri a nobis. ſ. operabile ꝑ volūtatē: cuʒ
ſit q̄dē h̄ ſcīa ſpeculās in reb⁹: quaꝝ principiū eſt volūtas. i. cui⁹ inuētio ꝑ
tineat nobis. ¶D. Fortaſſis autē putabit: quis ꝙ bonū acquiſibile meli⁹
inuenieẗ quidē qn̄ cognitū fuerit bonū vniuerſale qð ſe hʒ ad bonū qð eſt
acquiſibile ad modū exēplaris qð hn̄tes eram⁹ in cognitione rei ꝑfectio=
ris. Et qn̄ ſciuerim⁹ bonū qð eſt tanq̄ȝ exēplar boni qð eſt poſſibile haberi
a nobis eram⁹ potētiores ad eius inuētionē. ¶Dico autē qð ſi aliq̄d pro=
babilitatis hʒ ſermo iſte verūtn̄ h̄ aſſertio diſſonare videẗ ei ſʒ ꝙ ſe res hʒ
in oībus ſciētijs ⁊ artib⁹: dico dictū dicentis qð h̄ ſunt bona vl'ia: que ſunt
exēplaria vniuſcuiuſq̄ȝ exiſtētis bonis: ⁊ qm̄ nō ſcit res iſtā qui nō ſciuerit
vniuerſale illius rei ſicut non ſit rem qui nō ſciuit exēplar eius: videmus
em̄ in oībus ſcientijs nō inquiri in totalitate earū niſi vt ſciatur res igno=
rata in tali ſcientia queſita ꝑ demōſtrationes iam ꝑfecte habeẗ ſcīa ei⁹: ⁊ ſi

Notaƀ diuerſos gradus ⁊ mōs analogie. vid 4. met. t. cōm. 2.

Sermo de ideis inq̄ȝ tū ſt̄ idee ꝑtinet ad primam ph'iam.

Hec ſcīa ſpeculaẗ res quaꝝ ꝑncipiū ē volūtas.

non ſciatur vl'e illud quod eſt exemplar ipſius: ⁊ eius idea. ſ. quā dixerunt ponentes ideas: ⁊ ſi ſic eſſet tunc ꝯditionaretur in cognitione rerū ſpeculatiuarum: neqꝫ etiam excuſatio omnibus artibus ⁊ omnibus ſcientiis ignorantie quid conferat auxilij in notitia artium ⁊ ſcientiarum cognitio ipſi⁹ Etenī de natura artium naturaliū ⁊ ſcientiarum eſt vt nō occultetur ei huiuſmodi auxilij quātitas: et ignorent eam. ¶ Intendo quoniam nō oporteret ignorari a textore ⁊ a carpentario quantum confert ſcientia idee vniuerſalis artis ſue ad ſciendum artem ſuam neqꝫ a medico: quoniam fit magis medicus intendendo ad ideam medicine vniuerſalem: neqꝫ a duce exercitus: qm̄ fit perfectius factum eius quando ſpeculatus fuerit hanc ideā.

De notis ē qm̄ medicus nō ſpeculat· formā ſanitatis vniuerſalē in medendo. Idem i ꝓhemio meta.

Sed de notis eſt: qm̄ medicus non ſpeculatur in ſanitate iſto modo: neqꝫ indiget in cognitione ſanitatis vt ſpeculetur formam ſanitatis vniuerſalem: immo certe ſpeculatur in ſanitate hominis compoſiti: intelligo ſpeciē ⁊ non in ſpecie tantum: verum in ſanitate hominis particularis ſignati. ſ. ſortis vel platonis: qm̄ certe medetur indiuiduum non ſpeciem.

¶ Rurſus vero ad id quod querimus bonum quid tādem ſit redeamus. Videtur enim aliud in alia menſa atqꝫ arte exiſtere. ſiquidem aliud in medicina: aliud in re militari aliud item in aliis. Quid ergo in ſingulis erit bonum nōne id cuius gratia fiunt cetera.

A

Bonū in ſingulis eſt id cuius grā cetera fiunt

Eſt autē hoc in medicina ſanitas: in re militari victoria: in architectura edificiū. Item in alio aliud. In omni deniqꝫ actu ⁊ inſtituto id quod finis eſt: nam huius gratia cetera fiunt. Quare ſi vnus aliquis omnium agibilium finis eſt: id certe eſſet ſummū in agendo bonum: ſin autem plures plura. Tranſcendens certe in idem recidit ſermo. Sed conandum eſt etiam magis hoc declarare. Cum ergo conſtet plures eſſe fines ⁊ quoſdam ex his aliorum gratia expeti ceu diuitias fiſtulas omniaqꝫ inſtrumenta: patet non cunctos eſſe perfectos. At quod optimum ſit perfectum eſſe conſtat.

B

Perfecti⁹ ē qđ ꝑ ſe expectabile ē: ꝙ id qđ expetibile ē ꝑꝑ aliud.

tes audent propter ea quorum preceſſit memoratio: iſti vero propter cre-
ditionē ſuam ꝙ valentiores ſint eis q̄ cōtra agūt: ⁊ ꝙ nō recipiēt ab eis no
cumentum: ⁊ ſimile huic facto agunt inebriati propter illud ad qđ deue-
niunt in hora ebrietatis ex confidentia de ſeipſis: quando vero non eue-
nit eis res ſm̄ ꝙ putabant fugiunt: perſeuerantes autem agere in rebus ti
morē incutientibus hominibus: ⁊ de quibus apparet ꝙ ſint tales de natura
fortis eſt: ⁊ facit quidem fortis hoc eo ꝙ videt ꝙ factum decorum eſt: ⁊ qđ
deſiſtere ab eo turpe. Et propter hoc putatur de forti: quoniam eſt intimo-
roſus ſubito irruentibus: ⁊ ex improuiſo intimidus ⁊ intrepidus: quinim
mo fortior exiſtit in his q̄ in paulatinis ⁊ apparentibus ipſi anteq̄ inci-
dat in ea: ⁊ hoc: qm̄ iſte timor accidens forti eſt quidem magis ⁊ minus ex
parte diſpoſitionis: intendo illaz que eſt actu non ex parte aptitudinis.
❡ In rebus autē manifeſtis atq̨ apparentibus anteq̄ cadatur in eas co-
gitat homo ⁊ diſcernit eas ⁊ eligit: res autem ſubitaneas ſm̄ q̄titatem ha-
bitus ideſt actu exiſtentis: nam non eſt in his poſſibilis conſiliatio: ⁊ iam
putatur de ignorante rem: quoniam fortis: ſed non eſt longe a bene confi
dente: attamen vilior eo exiſtit: ideo ꝙ confidentia illi eſt radix ſubiecta cui
innixus operatur: iſti vero nihil tale exiſtit: ⁊ propterea non perſeuerat
aliquo tempore: intendo propter ignorantiam eius: ⁊ confidentis quidez
tollitur fiducia. ❡ Dixit. Illi autem qui proſiliunt ad bellandum per mo-
dum aſtutie contra aliquam gentem appropriatam percipientes quidem
aut eximētes: qm̄ quibus bellantur alij ſunt ab his quibus bellari inten-
debant fugiunt: quemadmodū fecerunt greci percipientes adeſſe in bello
lakones cū ipſi exiuiſſent contra chironios dimicaturi. Cap. II.

A Difficili⁹ ē dolores ꝑpeti q̄ a voluptatibus abſtinere.

Quamuis autem circa terribilia ⁊ audenda fortitudo
ſit: non tamen pariter in vtroq̨ verſatur: ſed magis
circa illa que nos terrent. Qui enim circa illa imper-
territus eſt: atq̨ ita vt oportet in illis ſe habet: magis
eſt fortis q̄ q̄ circa audēdū. Toleratione enim gra-
uiū ⁊ aſperarū rerū fortes dicunt: itaq̨ graue q̄ddā ⁊ aſperū forti
tudo eſt: ac merito laudat. Difficili⁹. n. ē dolores ꝑpeti q̄ a volu-
ptatibus abſtinere. Attn̄ finis in fortitudine dulcis eſſe vr̄: ſ; a re
bus circūſtātibus obſcurari qđ ⁊ in gymnicis certaminibus eue
nit. Nam

nit. Nam pugilibus finis ipſe dulcis eſt: cuius gratia coroue hoꝛnoreſq̃ exiſtunt. Plagis vero percuti ſi modo illi e carne ſūt doloroſa: ſane atq̃ moleſta: ⁊ omnino laborioſa res eſt. Cunq̃ hec multa ſint: et illud cuius gratia fiunt: paruum nihil dulce continere videtur. Tale igitur quiddam accidit circa fortitudinem. Moꝛs ac vulnera forti viro doloroſa ſunt eaq̃ nollet: perfert tamen: quoniam decoꝛum eſt illa perferre vel turpe non perferre: ⁊ q̃to magis omni virtute pollet: q̃toq̃ felicioꝛ eſt: tanto magis illi moleſta eſt moꝛs. Nam huiuſmodi vir maxime dignus eſt vita et maximis bonis priuatur ipſum ſciens. Que quidem doloſa res certe eſt. At nihilominus fortis et eo foꝛtaſſe magis quod decus et gloꝛiam belli anteponit illis: nec ſane in omnibus virtutibus cum delectatione operari licet niſi quatenus finem attingūt. Milites nihil vetant etiam ſi tales non ſint tamen optimos eſſe paratis ſiquidem ad pericula pꝛo vili mercede vitam abijciunt. De foꝛtitudine igitur hactenus dixiſſe ſufficiat. Quid vero illa ſit nequaq̃ difficile fuerit ex his que dicta ſunt recolligere. B

Quanto q̃s felicioꝛ ē: tāto magis illi moleſta ē moꝛs.

¶ Undecimum capitulum ꝙ vera foꝛtitudo magis eſt circa terribilia q̃ auſibilia: ⁊ ꝙ nulla vel pauca delectabilia hꝫ preter finē. vnde magis laudabilis. Quodq̃ q̃to quis virtuoſioꝛ ⁊ felicioꝛ: tanto in eius moꝛte triſticia maioꝛ. Et de foꝛtitudine militum ſtipendiarioꝛum. Dixit. 11

IAm itaq̃ determinauimus foꝛtes ſecundum veritatem ⁊ eos de quibus putatur: q̄m foꝛtes q̃ homines ſunt: ⁊ foꝛtitudo quidem inuenit̃ in rebus timoꝛoſis: et in rebus pertinentibus audacie: ſed non ſm ſimilitudinem vnam: immo dignū eſt vt ſit vigoꝛoſioꝛ in timoꝛoſis. Qui enim intrepidus perſiſtit in his rebus ſm diſpoſitionē quam opoꝛtet amplioꝛis eſt foꝛtitudinis: eo ꝙ ſuffert ea que pertinēt audacie. ¶ C. Res igit̃ vt diximus: q̄m ſufferūt triſtia: ⁊ iō fit foꝛtitudo contriſtans: et dignum quidem vt laudetur amplius q̃ temperantia. Sufferre etenim triſtia difficilis eſt q̃ a delectantibus ſe cohibere. ¶ C. Attamē finis intentus per foꝛtitudinem delectabilis quidem videtur niſi ꝙ occultatur eius delectatio per triſtia circundantia ipſum· vt contingit in agonis et conflictibus: quoꝛum finis quidem delectans: puta pꝛemia et honores: exceptio vero verberum doloꝛoſa cum carnes attingat: ⁊ ſimiliter omnis doloꝛ fiens ex multiplicatione verberum ⁊ res cā cuius incumbunt triſtia ad hoc deuenit: vt non appareat in ea delectatio et ſi ſit in ea. ſi igitur ſic ſe habeat in foꝛtitudine ſunt moꝛs ⁊ vulnera: foꝛti quidem triſtia ⁊ inſpontanea: tolerat autem ea: aut quia pulchꝛuꝫ: aut quia non tolerare turpe: ⁊ q̃to fuerit virtutis perfectioꝛis et amplioꝛis felicitatis: tanto pl' de moꝛte triſtabitur: qui enim in hoc ſtatu fuerit digniſſimus eſt vita: ⁊ hoc quoniam pꝛiuatur bonis magnis valde: et hoc eſt ſciens ipſe: hic autem itaq̃ res contriſtans. verūtamen non contriſtat̃ ex hoc ꝑꝑ defectum quem habeat foꝛtitudinis. Foꝛtaſſis aūt ꝺlectio eius rei decoꝛe quam lucratur in bellis amplioꝛ eſt illis rebus quibus pꝛiuatur per moꝛtem: ⁊ per hanc cauſam deuenit ad hoc res decoꝛa: vt delectet intellectū in omnibus virtutibus: verūtamen hoc ꝓpꝛie ſic fit finē intentum aladuertēdo. ¶ Dixit. Foꝛtaſſis autē non eſt quid ꝓhibeat qui in ſtrenuitate militari inueniat̃

qui nõ eſt in hac habitudine fortitudinis: immo minorat⁹ ab ea: ⁊ eſt ille
cui nõ eſt aliq̃d aliud laudabile cui⁹ timeat amiſſionẽ ꝑ mortẽ: talis igitur
paratus eſt vehemẽtib⁹ periculis: ⁊ ſeipſum lucris modicis exponit. ¶ Dixit.
Hoc eſt igitur qd̓ oportuit dicere de fortitudine: nec erit nobis difficile
ſcire ex eo ꝑ qd̓ determinauim⁹ eam ſm viam deſcriptiõis q̃d ẽ.

¶ Capitulum duodecimum.

POſt hanc de temperantia dicamus: videntur eñ
he virtutes irrationabilium eſſe partium. Quod
igitur temperantia circa voluptates mediocritas
eſt: ſupra diximus. Minus enim et nequaq̃ ſimi
liter circa dolores. In his autem ⁊ intemperãtia
eſſe videtur: ſed circa quas voluptates ſit: nunc de
terminemus. Diſtinguende ſunt voluptates ani-
C mi et corporis: ceu auiditas honoris et auiditas diſcipline. Uter
q̃ enim iſtorum eo gaudet cuius auidus nihil patiente corpore:
ſed magis intellectu. Sed in huiuſmodi voluptatibus neq̃ tem
perantes neq̃ intemperantes dicuntur: eodemq̃ modo in cete-
ris voluptatibus que corporee non ſunt. Qui enim fabulis ⁊ nar
rationibus delectantur: et circa ſingula dies conſumunt: verbo-
ſos quidem ⁊ non intemperatos appellamus: nec eos etiam qui
gratia pecuniarum aut amicorum dolorem ſuſcipiunt. At circa
corporis voluptates temperantia exiſtit: nec eas tamen omnes.
Nam qui viſu delectantur veluti colore: forma: pictura: neq̃ tẽ-
perantes neq̃ intemperantes eſſe dicuntur: q̃q̃ fieri poteſt: vt
hi et quantum debent ⁊ plus ⁊ minus delectantur. Eodem mo-
do et in auditu. Qui enim vehementius gaudet cauſatu aut ꝓ
nunciatione eos nemo intemperantes vocat nec eos qui oportꝫ
gaudent temperantes: neq̃ circa odoratum niſi per accidens. nã
qui pomorum aut roſarum aut vaporum odoratibus gaudent
eos non dicimus intemperantes: ſed illos magis qui vnguento
rum aut epularum: quoniam per illos memoria ſubit earum re-
rum quas ipſi concupiſcunt: videlicet: quoſdam cum eſuriunt
odore epularum gaudentes. His autem gaudere intemperatis
eſt: nam illorum ſunt huiuſmodi cupiditates: nec fit alijs animan
tibus per hoſce ſenſus voluptas vlla niſi per accidens. non enīꝫ
odore leporum canes gaudent: ſed eſu. Odor tamen vt ſentiant
D facit. Neq̃ leo voce bouis: ſed laniatu: quod cum propinquus
eſt per vocem ſentit: atq̃ eo gaudere videtur. Circa huiuſmodi
voluptates temperantia et intemperantia conſiſtit: que alijs ani
malibus communes ſunt. Ex quo fit vt ſeruiles beſtialeſq̃ vidẽ
tur: ſunt autem he tactus et guſtus: ſed guſtu quidem parum
aut nihil vti videntur. Eſt enim iudicium eius in labijs vel in ſa
poribus: quod faciunt qui vina probant: aut epulas preparant:
nec multum his gaudent: vel ſaltem non intemperantes quideꝫ
ſed veſcenda gaudent. Quod totum fit per tactum in cibis ⁊ po

tibus ⁊ venereis. Itaqȝ precatus eſt quidam guloſus longius ſibi guttur quam ciconie fieri: quod videlicet tactu gaudebat. Senſuum igitur communiſſimus eſt is per quem intemperātia fit. Atqȝ ob id merito vituperatur: quod non qua homines ſum⁹ ſed qua animalia exiſtit. Talibus ergo gaudere atqȝ deditum eē beſtiale eē. Enimuero liberaliſſime omniū voluptatū: que ꝑ tactū proueniunt excipiant̄. Veluti que in gymnaſijs per laborem ac ſudorem fiunt. Nec enim in toto corpore eſt intemperantia tact⁹ ſed in partibus quibuſdam.

¶ Duodecimum capitulum in quo aſſignata ratione ordinis ⁊ receptoꝝ fortitudo eſt medietas et magis circa delectationes quam triſtitias: oſtendit quod non eſt circa animales idest eas que anime: ſed circa corporales non tamen circa omnes corporales: quia non circa delectationes que per viſum aut auditum aut olfatum: ſed circa ea in quibus communicamus cum irrōnabilibus. i. eas que per guſtum ⁊ tactum: deinde ꝙ ſm guſtū nō fruimur delectatione niſi inquantum participat tactu: ⁊ ſic ipſa delectatio circa quam eſt temperantia tota reducitur ad tactum: propter qđ intē perati beſtiales ⁊ ſeruiles. Dixit. 12

ET nos quidem Determinabimus poſt hoc de re tēperantie. Videntur etenim ambe he virtutes eſſe quidem partibus anime irrationabilibus. Et iam diximus quoniam caſtitas medium exiſtit delectationum: et iam inuenitur in triſtitijs etiam ſed minus ꝙ̄ i delectationibus ⁊ diſſimiliter: ⁊ incaſtitas ei oppoſita circa eaſdem res inuenitur: circa quas caſtitas: nos autem determinabimus hic delectationes in quibus inuenitur: et que delectationes ſunt. Dicimus ergo quoniam virtutum que inueniuntur in declaratione: quedam ſunt corporales et quedam animales: ⁊ animales quidem vt appetitus honoris ⁊ appetitus ſcientie: de vtriſqȝ enim horum quando receperit hō hoc quod amat gaudet preterqȝ patiatur aliqua pars corporis: ſed quod patiatur ex eo intellectus eſt. neqȝ de affectis his delectationibus dicit̄: quoniam caſti neqȝ ꝙ incaſti: ⁊ ſimiliter non dicitur de affectis reliquis delectationibus que non ſunt corporales: ⁊ hoc quoniam eos qui amāt hiſtorias ⁊ fabulas: ⁊ eos qui finiunt dies ſuos in loquendo de quacūqȝ re, contingat nominamus quidem exercitatores intēperatos; eos aut non: neqȝ etiam nominamus ſic eos qui gaudent pecunia ⁊ amicis: ⁊ triſtātur eorū amiſſione: quando ſic ſit: tunc incaſtitas eſt quidem in delectatiōe corporali: non in hac omni: nam eos qui gaudent de eo quod apprehendit viſ⁹ vt coloribus et figuris non nominamus caſtos neqȝ incaſtos: ⁊ ſi putetur de iſtis: quoniam gaudent in his rebus qūo oportet: ⁊ amplius ꝙ̄ oportȝ et minus ꝙ̄ opȝ: ⁊ ſimilr̄ ſe hȝ in eo qđ apprehendit auditus: nemo enim incaſtos nominat eos qui ſuperflue gaudent conſonātijs ⁊ repreſentationibus: neqȝ caſtos eos qui qūo oportet: neqȝ eos q̇ gaudent: eo ꝙ apprehendit odoratus niſi fortaſſe nominem⁹ eos ſic per accidēs. Etenim eos qui gaudent pomorum odoribus ⁊ roſarum ⁊ incenſi non nominam⁹ incaſtos: ſed eos qui coquine ⁊ pigmentorum ⁊ pulmētorum: nam gaudet his incaſtus: eo ꝙ faciunt eum rememorari deſideriorum ſuorum: videmus autem quoſdam alios qñ eſuriunt gaudere odoribus cibariorum: qđ equidem incaſti eſt: eo ꝙ ad hoc ſunt eius deſideria: neqȝ etiam inueni-

tur delectatio ceteris aīalibꝰ greſſibilibus in his tribꝰ ſenſibus niſi fuerit ꝑ accñs: canes eñ nō gaudēt odoribꝰ lepoꝝ: ſed comeſtione. ⁊ odor ducit ad ſentiēdū ipſos: nõ ēt leo gaudet voce bouis: ſed comeſtiōe eiꝰ: ꝑ vocem aūt eiꝰ ſentit: qm̄ eſt ꝓpinquꝰ ei: ⁊ ꝓpter hoc videmꝰ eū gaudentē ad vocē eiꝰ. Silr nō gaudet qñ viderit: aut inuenerit ceruū vel hircū ſilueſtrem: imo gaudet eo ꝙ inuenit quo paſcat̃. Caſtitas ⁊ incaſtitas nō inueniunt̃ niſi in hmōi delectatiōibus in quibus participat hō reliquis aīalibꝰ: ⁊ ꝓpter hoc fit vt ſenſus qui eas apprehēdūt ꝓportionēt̃ ceruis ⁊ feris: ⁊ ſunt ſenſꝰ et tactꝰ ⁊ guſtus: ⁊ patens eſt de eis in re guſtus: ꝙ ipſi aut paꝝ ſunt vtentes eo: aut nō vtūtur eo penitus: ⁊ hoc qm̄ diſcretio ſaporū eſt quidē per ſenſum guſtus quō faciūt illi q̄ potꝰ ꝓbāt: ⁊ q̄ fercula coquine ſapida reddūt ſuis ꝯdimētis. ¶ Dicit. Incaſtꝰ aūt fere nō gaudet rebꝰ iſtis metipſis:
e ſed gaudet quidem eo ꝙ apprehendit tactum tantum ex cibis ⁊ potibus et coitu: ⁊ propter hoc optabat vnus ex ipſis cum eſſet amator ferculorum coquinalium vt eſſent fauces eius longitudine fauciū gruis vt prolongaretur delectatio in tactu cibaliū. Communior igitur ſenſuū intendo inuentum in oībus animalibus eſt ſenſus ille penes quem fit incaſtitas. Et iuſtum eſt nos opinari a nobis. quoniam ſenſus ille opprobrioſus ē nobis: cum non ſit nobis ſm̄ ꝙ nos ſumus homines: ſed ſm̄ ꝙ nos ſumꝰ aīalia. ¶ Declinare igitur ad hec ſenſibilia ⁊ vehementer diligere ea equidem de natura ferarum. ¶ Dixit. Oportet aūt vt ſeparemꝰ ab his delectationibꝰ tactualibus in quibus inuenitur caſtitas ⁊ incaſtitas: eas que maxime cōueniūt liberalibꝰ: ⁊ ſunt ille q̄ fiūt i exercitatiōe ex fricatiōe ⁊ calefactiōe: ⁊ hoc qm̄ tactꝰ iſte fit ꝑ totū corpꝰ: tactꝰ vero ꝑ quē delectat̃ incaſtus nō fit in toto corpore ſuo: ſed fit equidem in quibuſdā mēbroꝝ ſuoꝝ.

¶ Capitulum decimumtertium.

Cupiditatem aūt alie cōmunes eſſe videntur: alie proprie: atq̃ apposite veluti cibi que naturalis ē. Omnes enim cupiunt quando indigentia adeſt ſiccum aut humidum nutrimentum. Quandoq̃ vero vtrumq̃ ⁊ lectum. Homerus inquit iuuenis et florens: hmōi autem vel illiuſmodi non āplius omnis nec eadem: quocirca videtur noſtrum eſſe: habet tamen aliquid naturale: alios enim alia delectant ⁊ que
f dam quibuſdam magis placent. In naturalibus ergo cupiditatibus pauci delinquunt et in vno ad plus. Comedere enim ⁊ bibere quecunq̃ quoad ſuperfluo impleatur exceſſus eſt naturalis cupiditatis ſecundum multitudinem. Repletio enim indigentie naturalis cupiditatis eſt: quapropter dicuntur iſti deditiventri quaſi vltra debitum implentes illum. Sunt autem hi nimiū ſeruiles: circa proprias autem voluptates multi multiphariam delinquunt. Talium autem amatores dicuntur: aut quia gaudent quibus non debent: aut magis quam debent: vel quā plerīq̃: vel non vt debent. In cunctis autem intemperantes excedunt: nam et gaudent quibus non debent odio dignis: et ſi in quibuſdam gaudere oportet magis gaudent quam liceat: ⁊ quā plerīq̃ gaudeant. Exceſſus igitur circa voluptates quod intem

perantia et vituperabilis eſt:conſtat.

¶ Tertiumdecimum capitulum in quo diuidens concupiſcentias in cōes ſeu naturales ⁊ proprias ſeu oppoſitas que neq̄ ex malis fiunt cōſuetudinibus:et ſcilicet inani opinione oſtendit circa communes minus peccari: ⁊ in vnam partem ſolum in plus:circa proprias autem multipliciter peccari ⁊ intemperatum eſſe. Dixit. 13

VTrū autem ex concupiſcentijs aliquid commune eē omnibus animalibus:⁊ aliquid proprium vt concupiſcentia cibi:⁊ naturalis eſt ⁊ communis:omnis namq̄ cuiꝰ corpus indigens eſt cibo deſiderat cibum humanū ānt ſiccum:⁊ fortuitu vtrumq̄ ſimul et aduleſcens ⁊ perfectus deſiderat cum eis coitum. deſiderium aūt huius cibi vel illius vel vnius eiuſdem cibi:non eſt omnis cuius corpus indiget nutrimento. Et propter hoc contingit vt ſit deſiderium iſtarum rerum ex parte noſtri i. per electionem noſtram:et tamen non eſt quidem totum ex parte noſtri: vex in hoc aliquid nāle:⁊ hoc eſt qm̄ hoīes diuerſificantur in eis:eo quod delectat eos naturaliter. Quendam ergo delectat aliquid et alium aliud ab hoc:et quedam delectāt quoſdam plus quam alios. ¶ M. Pauci vero ſunt qui peccant in vtendo deſiderijs naturalibus:qn̄ vero accidit in his peccatum plurimum illius fit in re vna. ſ. in pluri. Qui enim comedit ⁊ bibit hoc quod contingit eum deſiderare nāliter:donec ſuperfluat in repletione ex ipſo:pertranſit quidem rem naturalem in multitudine. deſideriū vero naturale nō eſt niſi ad replendū qđ diuerſificauit defectio ⁊ non excedit ipſam vſq̄ ad additionē. Et pp̄ hoc dicit̄ de eis qui excedūt in hoc vſq̄ ad additionē ꝙ ſunt dn̄i ventriū ſiue ventricule:eo ꝙ implent vētres ſuos amplius q̄ indigeant:⁊ in hac diſpoſitione inueniuntur ſerui. In delectationibus autem proprijs multi ex hominibus peccāt multis modis:⁊ hoc quoniam multi amatores huiuſmodi rerū peccant in eis:aut q̄ delectantur aliquo quo non opꝫ delectari:aut quia vtuntur eo amplius q̄ opꝫ:aut quia vtuntur per modum quo cōmunitas hominū vtitur his rebus: aut ſm̄ ꝙ nō opꝫ. Jam ergo pꝫ:qm̄ incaſtitas ſuperfluitas eſt in delectationibus ⁊ qm̄ vituperabilis. B

Cap. 14.

CIrca dolores autem non ita vt in fortitudine ꝓpter tolerantiam dicitur temperans ⁊ intemperans:q̄ non toleret:intemperans dicitur:quia niſi voluptate potiatur magis dolet quam oportet:dolorem vero ſibi affert voluptas. Temperans autem quod abſentia voluptatum non dolet:⁊ quod preſentibus abſtinet. Intemperans igitur concupiſcit voluptaria omnia:vel que maxime et ip̄ellitur cupiditate ad hec alijs preferenda. Quapropter et non adipiſcens et concupiſcens dolet. Cum dolore enim cupiditas eſt. Videtur autem abſurduꝫ propter voluptatem dolere. Deficientes autem voluptatibus aut minus gaudentes quam oportet vix reperiuntur. Non enim eſt humana huiuſmodi inſenſibilitas:etenim cetera aīalia diſtinguunt cibos ⁊ his gaudent:alijs vero non gaudent. Quod ſi ē aliquis quem nihil delectet:nec quicq̄ alijs preponat:longe hic ab homine eſt:nec nomen ſortitus eſt:quia non facile reperitur. Temperans autem mediocriter circa iſta ſe habet. Neq̄ eñ gau

h
Si ē aliqs
quē nihil
delectet :
nec q̄cq̄
alijs p̄po
nat: lōge
ē ab hoīe
eſt.

det his: quibus maxime intemperantes:ſed magis moleſte fert neqꝫ omnino quibus nō oportet:nec nimium tali aliquo delectatur:nec ſi abſit dolet: neqꝫ cupit niſi mediocriter: ⁊ vt oportet idem facit in ceteris voluptatibus que iſtis non aduerſantur: nec ſunt contra honeſtatem:aut ſupra facultates. Nam qui ita ſe habet plus q̄ dignuꝫ ſit voluptatem amplectitur. Sed temperans nequaq̄ talis eſt:ſed qualem dictatꝫ recta ratio.

14 ¶Quartūdecimum capitulū ꝙ tēperātia ⁊ intemperātia ſunt etiam circa triſtitias:⁊ quomodo aliter q̄ fortitudo ⁊ timiditas:⁊ ꝙ intemperatus ſemper eſt in triſtitia:qꝛ triſtatur ⁊ non adipiſcens ⁊ concupiſcens:qđqꝫ pauci ſunt qui deficiunt circa delectationes:⁊ hi ſunt innominati:qđqꝫ temperatus medie circa hoc ſe habet:⁊ ſm rectam rōnem.D.

IN triſtitijs autēꝫ nō dicit̄ aliquis incaſtus: quia tolerat ea ⁊ ſuffert ſicut dicitur in eis fortis: neqꝫ dicitur incaſtus quando non tolerauit eas: verūtamen iam nō nominatur etiā caſtus eo ꝙ nō triſtetur ꝓpter carentiam deſiderati:incaſtus ergo cōcupiſcit omnia delectabilia ⁊ ex delectabilibus delectabiliora ⁊ peruenit ex proſecutione concupiſcētie ad hoc vt ſemper cuncta eligat delectabilia: ideoqꝫ anguſtiatur cum nō acceperit ea deſiderans eas:⁊ hoc quoniam deſiderium triſtitia ſequitur:ꝓpter priuationem rei delectantis. Attamen inconueniens videtur propter cauſaꝫ delectabilis contriſtari. ¶Dixit. Et fere nō eſt inuenire hominem deficientem ab omnibus delectationibus. intēdo vel gaudeat eis minus q̄ oportet:eo ꝙ hec maneries inſenſibilitatis non eſt de natura hominum:⁊ hoc qm̄ cetera animalium diſcernūt ſpecies nutrimentorum ⁊ quibuſdam eorum delectantur:quibuſdam vero nō. Ut ergo inueniatur aliquis cui nihil ſit delectabile longe eſt a beſſe hominis:⁊ ꝓpter paucitatē inuentionis eius nō eſt poſitum ei nomē caſtus: itaqꝫ medius eſt in iſtis: nō enīꝫ delectatur quibus delectatur incaſtus proprie:qm̄ immo moleſtatur ⁊ nō delectatur penitus quo nō oportet delectari:neqꝫ vehemēs ſit deſiderium eius ad aliquid ex iſtis:⁊ nō anguſtiatur quādo tolluntur delectabilia:⁊ nō cōcupiſcit niſi ſm quātitatem moderate:neqꝫ amplius q̄ oportet:neqꝫ in hora qua nō oportet:neqꝫ quod nō opꝫ: ⁊ vir nō deſiderat aliquid immēſurate. Res vero ſanitati pertinētes ⁊ equalitati habitudinis: et cum hoc habentes delectationem deſiderat in quātitate menſurata ⁊ quomodo oportet:reliquas vero delectationes dimittit: aut ideo ꝙ recedētes ſunt a bono: aut qꝛ impedimētum preſtātes ſubſtātie noſtre in complemēto:⁊ hoc quoniā qui feſtinat ad iſtas delectationes amat delectatiōes amplius q̄ mereatur:ſed caſtus nō ſic:immo deſiderat ſm imperium diſcretionis ſane vel recte rationis. ¶Cap.15.

INtemperantia magis voluntaria videtur q̄ timiditas nam hec per voluptatem fit:illa per dolorem. Quoruꝫ
3 alteruꝫ ſequimur ab altero abhorremus:⁊ dolor quidē diſtrahit atqꝫ corrumpit naturam habentis:voluptas autem nihil tale facit:ſed quo magis voluntaria eo maiori vituperatione digna. Naꝫ aſſueſcere aduerſus illa facile eſt:multa vero in vita ſunt talia:⁊ aſſuefactio ſine periculo fit. In timoribus autem contra. Videtur autem timiditas eſſe voluntaria:nec per=

Dolor diſtrahit et corrūpit nāꝫ hn̄tis

inde vt ea que ſunt in ſingulis. Hec enim ſine dolore eſt. Illa vero per dolorem ita diſtrahunt: vt et arma abijcere et in alijs contra decus facere compellant. Ex quo fit vt violentia eſſe videantur. In temperantia vero contra: nam ſingularia illi voluntaria ſunt cupienti et affectandi. vniuerſalia autem minus. Nemo enim cupit intemperatus eſſe. Nomen autem intemperantie ad puerilia delicta referimus. Habent enim cum illis ſimilitudinem quandam: vtrum vero ab vtro dicatur nulla quantum ad preſens differentia eſt. Conſtat vero poſterius a priore dici; nec abſurde videtur tranſlatum: nam caſtigandi ſunt qui turpia concupiſcunt atque luxuriant. Talis eſt autem maxime libido et puer. Viuunt enim pueri ſecundum concupiſcentiam plurimaque eſt in illis voluptatum cupido. Si igitur non obtemperat ac dominari ſibi patiatur: longius abibit: quoniam voluptatum appetitus inſatiabilis eſt: ſtultoque vndique affluunt: et executio libidinis innatam cupiditatem exauget. Quinetiam ſi magne et vehementes ſint mentem et ſuo ſtatu dimouent. Quamobrem mediocres illas quidem rarasque eſſe oportet: tales denique vt rationi non aduerſantur. Tale quid temperatum caſtigatumque vocamus: vt enim puerum oportet ſecundum pedagogi precepta viuere. ita cupiditas debet obedire rationi. Quare oportet vt temperatus a ratione non diſcrepet: honeſtum eſt enim ad quod vterque tanquam ad ſingulum proſpicit. Temperatus que debet: et vt debet et quando debet concupiſcit ſicut dictat ratio. Hec de temperantia dicta ſufficiant. De liberalitate deinceps dicamus.

¶ Ca. uintumdecimum capitulum quod intemperantia magis eſt voluntaria timiditate et exprobabilior: et quod non ſimiliter ſunt voluntarie et fugibiles habito reſpectu ad ſingularia: quia ſingularia timiditatis triſtitia et quaſi violenta: intemperantie vero non triſtitia: ſed voluntaria: et quo aſſimilantur concupiſcentia intemperans et puer: ratio diligens et pedagogus. Dixit. 15

INcaſtitas autem ſimilior eſt ei quod fit ſponte quam timiditas: propterea quod incaſtitas fit delectationis cauſa: timiditas autem et triſtitia et delectatio eſt quod appetitur: triſtitia vero eſt a quo fugitur: eo quod triſtitia permutat et corrumpit naturam habentis ipſam. ſed delectatio non facit quando non recipitur. Dignior ergo eſt vt fiat ſponte: intendo quoniam actus incaſtitatis ſecundum delectationem dignior eſt vt fiat ſponte quam actus timiditatis ſecundum timorem. Et propter hoc magis ſequitur opprobrium ex parte eius quam ſequatur illud quod fit ex parte triſtitie et hoc quoniam declinatio noſtra ad declinationem facilis eſt: cum in mundo multa ſint delectabilia: neque aſſuefactio eorum vllam habet difficultatem. In timoroſis vero ſe habet econuerſo: intendo quod tolerare ea difficile eſt. ¶ M. Et a timiditate quidem non videtur fugi: queadmodum fugitur a rebus particularibus timoroſis: ideo quod in timiditate non eſt triſtitia: res autem timoroſe cogunt eum cui accidunt ad actiones turpes: ita quod ad armorum reiectiones et ad committendum cetera turpia: propter hoc igitur videtur de eo quod facit homo apud iſtas diſpoſitiones quod facit ipſum inſpontanee: quod autem accidit propter incaſtitatem eſt econuerſo: intendo quod preſ-

cularia rerũ delectabilium que concupiſcit: fiunt ab eo ſponte: eo ꝙ concu-piſcit ⁊ deſiderat ea: vliter autem eoꝝ minus eſt in eis in hoc: ⁊ hoc qm̃ nullus inuenitur qui deſideret eſſe caſtus. ¶D. Dixit. Et nos quidem in idiomate noſtro abſolute dicimus nomẽ incaſtitatis de peccato qđ fit a pueris: eo ꝙ ſimilitudo quedam eſt inter iſtas duas intentiones: intendo intentionẽ incaſtitatis ſm veritatem ⁊ hanc intentionẽ que ipſius inuenitur. Certificare aũt qđ eoꝝ ab altero denominatum aut tranſumptum ſit non indigemus in hoc loco. Vult ideo ꝙ eſt inquiſitio idiomatis. ¶D. Niſi ꝙ manifeſtum eſt ꝙ nomen poſtremum in poſitione accõmodatum eſt a primo. ¶Dixit. Uidetur itaqꝫ non malum: immo bonum eſſe vt tranſmutetur ab iſto. Etenim opꝫ recondi ⁊ refrenari turpia cupientem ⁊ deſiderantem ⁊ in hoc excedentem: taliter autem ſe hꝫ deſiderium ⁊ pueritia ⁊ hoc qm̃ pueri qui-

L dem viuunt per deſiderium proprie. etenim concupiſcentia ſiue cupiditas delectabilis in ipſis fit proprie. Si igitur puer non fuerit obſequendo mã-dato. educantis ipſum ſuperfluet in perſequendo qđ delectat: ⁊ hoc qm̃ penitus inſatiabilis eſt ei qui intellectum non habet cõcupiſcentiam rei delectabilis. ⁊ actus deſiderij ſuum ſimile augmentat: ⁊ ſi fuerit deſideriũ magnum vehemens peruertit rationem: ꝓpter hoc igitur opꝫ vt ſit ſm menſuram ⁊ vt ſit paucum ⁊ non contrarians diſcretioni: qui aũt talis fuerit nominatur obediens diſciplinabili: ⁊ quemadmodum aũt opꝫ vt ſit deſideriũ pueri prout viſum fuerit doctori: ſic opꝫ vt pars concupiſcibilis ſit put imperauit ratio: ideoqꝫ opꝫ in caſto vt pars concupiſcibilis concordãs ſit rationi: ita. vꝫ. vt ambo bonũ velint: ⁊ intendant. Caſtus igitur deſiderat qđ opꝫ deſiderari: ⁊ qualiter opꝫ: ⁊ qñ opꝫ: ⁊ ſic̃ etiaꝫ ordinat rõ res iſtas. ¶D. Hoc itaqꝫ eſt qđ oportebat nos dicere de caſtitate.

Si deſideriũ fuerit magnum vehemẽs peruertit rõnem.

¶Ariſt. Stragyr. Ethicoꝝ Liber Quartus. Cap. j.

Al videtur eſſe mediocritas circa pecunias. laudaẽ enim liberalis non in rebus bellicis: [illegible] in his in quibus temperãs: nec rurſus in iudicijs ſed in dandis: capiendiſqꝫ pecunijs. Pecunias vero appellamus omnia quoꝝ eſtimatio menſuratur nũmo. Sunt quoqꝫ prodigalitas ⁊ auaritia circa pecunias ⁊ exceſſus ⁊ defectus. Sed

M auaritiam illis tribuimus ſemper qui magis ꝙ̃ oportet pecunijs ſtudent: prodigalitatem vero nõnunꝙ̃ inuoluimus. Naꝫ eos qui incontinentes ſunt: ⁊ per luxuriam patrimonia profligãt prodigos vocitamus: quapropter flagitioſiſſimi eſſe videtur: qm̃ multa vitia ſimul habent non tamen proprie ſic nuncupantur. Nam prodigalitatis nomen vnius vitij eſſe conuenit qđ patrimoniuꝫ conſumat: eſt enim prodigus qui ſeipſuꝫ perdit. Uidetur eñ ſeipſꝫ perdere qui patrimoniũ diſſipet: ex quo vitam ducere debet. In

Quibus auaritia ⁊ qb⁹ ꝓdigalitas attribuaẽ.

N hunc itaqꝫ modũ prodigalitatem accipimus. Rebus aũt quibus vtimur ⁊ bene ⁊ male vti poſſumus. Utimur vero diuitijs: ſingulis aũt rebus bene vtitur is qui circa eas virtutem habet. Quare ⁊ diuitijs optime vtetur qui circa pecunias virtuteꝫ habet: hic eſt aũt liberalis: vſus vero pecuniarum dando erogando conſi-

Reb⁹ qb⁹ vtimur: et bene ⁊ male vti poſſumus.

ſtere vī:nam capere atq; ſeruare magis poſſeſſio eſt: ex quo fit vt viri liberalis ſit magis dare quibus opꝫ q̃ capere vnde opꝫ:⁊ nō capere vnde non oportet. Virtutis eſt eīn bene potius facere q̃ ſuſcipere:⁊ honeſta potius agere q̃ a turpibus abſtinere. Patet aūt ꝙ dādo ſequitur vt bene faciamus ⁊ honeſte agamus:capiē=do aūt vt bene ſuſcipiamus: aut non turpiter agamus: ⁊ gratia quidem dantis eſt:repudiantis vero non:ſed magis laus. Faci=lius eſt quoq; non accipere q̃ dare. Sua eīn quis difficilius ma=gis tradit q̃ aliena non accipit. Liberales dicūtur qui dant. At hi qui non capiunt de liberalitate nequaq̃ laudatur: ſed magis de iuſtitia. Qui vero capiunt non laudantur multum: liberales maxime fere omnium virtuoſorum donantur. Proſunt enim in dando.

O Virtutis ē potiꝰ facere q̃ ſuſcipere: ⁊ honeſta potiꝰ agere q̃ a turpibus abſtinere.

¶ Tractatus quartus libri Nichomachie Ariſt. de largitate.

¶ Primum capitulum ꝙ libertas eſt medietas circa pecunias:q⁊ circa da=tionem earum ⁊ ſumptionē liberalius laudatur quicūq; pecunia: ⁊ ꝙ ꝓdi=galitas ⁊ illiberalitas ſunt ſuperabundantie ⁊ defectus circa eas:⁊ quid il liberalitas ⁊ qd ꝓdigalitas tam cōmuniter q̃ ꝓprie dicta:⁊ quis ꝓprie ꝓ=digus ⁊ quis liberalis:⁊ ꝙ magis eſt liberalitas in datione q̃ ſumptione: ⁊ gratioſior ⁊ laudabilior:⁊ ꝙ liberales amantur maxime. Dixit.

Poſt hoc aūt dicendum de largitate quid eſt. Ut itaq; medietas eſſe circa pecunias.non eīn laudatꝛ largitas circa bellica neq; circa eam quibꝰ fit homo tempe=ratus vel caſtus:neq; circa iudicia:ſed circa dationem ⁊ ac=ceptionem pecuniarū. Dignꝰ aūt eſt vt ſit circa dationē:⁊ in telligo per pecunias omne illud qđ equipollet numiſmati ⁊ prodigalitas quidem ſuperfluit:auaritia vero deficit a me dietate hac. Et nos quidem referimus auaritiam ad eos : qui plus debito amant ⁊ laborant ad pecuniarū coaceruationem. ꝓdigalitateꝫ vero ad im menſos concupiſcentijs ⁊ expendentibus q̄cq̄d hn̄t,in volun tatibus.hmōi eīn minantur prodigi:ideo deteriores videntur alijs ab eis. plura eīn mala ſimul inueniuntur in his ꝑꝑ multiplices maneries ſuarum concupiſcen=tiarum:⁊ propterea non bene cōuenit eis illud nomen. De nā namq; eſt prodigi vt ſit in eo malum vnum:⁊ eſt diſſipatio vel perditio pecunie ſue: ⁊ hoc qm̄ prodigus mactat ſeipſum manu ſua:eo ꝙ putatur ꝙ deſtructio pecunie hoīs vt ſit mors ipſius:cum vita eius per pecuniam compleatur: ſm̄ igitur hunc modum eſt prodigalitas. ¶ Dixit. Et ea quibus indigetur ſunt que expenduntur vſu bono:⁊ que vſu prauo:⁊ diuitie ſunt de rebꝰ vti=litatem afferentibus:⁊ directus ille.ſ.qui virtutem hꝫ in vnaquaq; rerū vti tur vnaquaq; rerū meliori modoꝝ:⁊ virtuoſe ſe hn̄s circa pecunias vtitur eis optime:⁊ hic eſt largus. ¶ Dixit. Eſt aūt ſcitum ꝙ vſus pecunie eſt ex=penſio eius ⁊ datio:aggregatio vero eius ⁊ cōſeruatio lucratio ipſiꝰ eſt. Eſt ergo de natura largi potius vt det vbi oportet q̃ vt accipiat:vnde opꝫ:⁊ vt non accipiat:vnde non opꝫ. De natura etenim virtutis eſt vt ſit homo per eam conferens potius beneficia alteri q̃ ab altero ea recipiat: ⁊ vt ſit per eam operās honeſtū potius q̃ a turpi declinans. ¶ Dixit. Et de non occul tis eſt:qm̄ beneficium ⁊ famoſuꝫ vel notoriū donum inueniunꝛ in datione

P prodigꝰ mactat ſe ipſuꝫ manu ſua.

et qm̄ receptio beneficij ab altero a ſe:⁊ vt non faciat turpe inueniuntur in acceptione ⁊ retributione ⁊ gratie debentur quidem datori:non ei qui accipit:⁊ grates etiam ⁊ cohibitio ab acceptione facilior eſt q̄ȝ datio:eo ꝙ dare habita grauius eſt q̄ȝ dimittere acceptioneȝ eius qd̄ non habet. Largi aūt ſunt illi qui dant:ſed qui accipiunt non laudantur:qm̄ largi:verūtamē qn̄ equaliter ſe habent in acceptione non minus ſunt in vſu equalitatis q̄ȝ largi:attamen non laudantur valde:ſed largi diliguntur ⁊ laudantur valde: eo ꝙ ꝓficiunt:⁊ ꝓfectus eorum exiſtit per ipſorum donationem.

Capitulum.ij.

a Ctus vero ſm̄ virtutem honeſti ſunt.⁊ honeſti gratia fiunt. Liberalis igitur dabit honeſti gratia ⁊ recte:nam ⁊ quibus opȝ:⁊ quot:⁊ quando:⁊ alia cuncta que rectam dationem ſequuntur:⁊ hoc libenter vel ſine moleſtia. Qd̄ enim per virtutem fit iocundū eſt:vel ſine moleſtia minimeq̄ȝ dolorem affert. Si quis vero dederit quibus non oportet:aut non honeſti gratia:ſed alia quapiam de cauſa:hic non liberalis:ſed alius quidaȝ nuncupabitur. Neq̄ȝ his qui dolet. Magis eī̄ pecunias hic vtiq̄ȝ diligit q̄ȝ honeſtaȝ actionem. Ad id non liberalis. Neq̄ȝ capiet vnde non oportet:nō enim eſt non magnifacientis pecunias, hmōi acceptio: nec erit petitor:non enim beneficium eſt conferentis:vt ſubinde commoda ipſe procuret. At vnde oportet capiet:pura ex proprijs rebus quas poſſidet:non quia honeſtum ſit:ſed quia neceſſarium vt habeat quid donet:nec ſua negliget volens per illa quibuſdam ſufficere:nec quibuſuis dabit:vt ſic dare poſſit quibꝰ oportet ⁊ quādo:⁊ vbi honeſtum ſit. Et quoq̄ȝ eius qui liberalis ſit vehementer excedere:ita vt ſibiipſi pauciora relinquantur:nam ad ſe quidem ipſum non reſpicere liberalis eſt. verum iuxta facultates liberalitas dicitur. Non enim in multitudine datorum ſed in dantis

R habitu liberalitas conſiſtit:hic autem dat ſm̄ facultates: nec ſane quicq̄ȝ prohibet liberaliorem eſſe qui pauciora dat ſi modo tenuiores ei ſunt facultates:magis enim liberales eſſe videntur q̄ non queſiuerunt ipſi ſed ab alijs vt ex hereditate acceperunt: nā ⁊ indigentiam nunq̄ȝ experti ſunt:⁊ amant magis ſua quiſq̄ȝ opera:vt genitores atq̄ȝ poete. Illud vero non facile vt liberalis q̄ſq̄ȝ ditetur:cuȝ nihil capiat neq̄ȝ conſeruet ſed contra eroget: nec

S multi per ſeipſas faciat pecunias:ſed vt alijs dare poſſit. Itaq̄ȝ fortuna accuſatur:ꝙ qui maxie digni ſunt minime diuitias hn̄t Enimuero id non abſq̄ȝ ratione contingit. Fieri eī̄ non poteſt vt diuitias habeat is qui habere non curat quemadmodum nec in alijs rebus. Non tn̄ dabit quibus non opȝ:qn̄ non opȝ:nec quotcumq̄ȝ alia hmōi.nam ſic liberalitatem nequaq̄ȝ ſeruaret: ⁊ ſi in illis conſumeret dare quibus opȝ nequaq̄ȝ valeret. Ut eī̄ primo diximus liberalis eſt qui ſm̄ vires patrimonij erogat ⁊ in quibꝰ

Nō ī multitudine datoꝝ: ſȝ ī dātis habitu liberalitas cōſiſtit.

Amāt magis quiſq̄ȝ ſua opa.

opoꝛtet. Qui vero excedit pꝛodigus eſt. Itaqꝫ tyꝛannos quidem
non dicimus pꝛodigos qui tam multa poſſident: vt dando atqꝫ
erogando illa excedere facile non videantur. Cum vero liberali=
tatis mediocritas ſit in dādis capiendiſqꝫ pecunijs: liberalis qui
dem dabit ⁊ erogabit in quibus opoꝛtet: ⁊ quot opoꝛtet: ſimiliter
ꝙꝫ in paruis ⁊ in magnis ⁊ hoc cum voluntate quadam capietqꝫ
vnde opoꝛtet. Nam cum virtus circa vtrūqꝫ mediocritas ſit vtrū
qꝫ faciet vt det: ſequitur enim conuenientem liberalitatem talis
acceptio. Que vero non talis contraria. Que igitur conſequuntur
fiunt ſimul in eodem contrarie non vt patet. Quod ſi contraria
ꝙꝫ decens honeſtumqꝫ ſit erogare illum contingat moleſte feret
atqꝫ dolebit moderate tamen. Nam virtutis eſt letari atqꝫ dolere
in quibus opoꝛtet: ⁊ vt opoꝛtet. Et liberalis quidē leuis attracta
bilis eſt in rebus pecuniarijs. nam cum pecunias non multifa=
ciat: iniurias circa illas inferri ſibi non difficulter patietur: Mo=
leſtiuſqꝫ feret ſi quid cum opoꝛteret non erogauerit ꝙꝫ erogaue=
rit cum non opꝫ: Symonidi non placens. At pꝛodigꝰ in iſtis aber
rat: neqꝫ letatur eñ neqꝫ dolet in quibus opꝫ: neqꝫ ſic vt opꝫ: qꝺ
in pꝛoceſſu magis patebit.

¶ Virtutis eſt letari atqꝫ dolere in qbꝰ opꝫ ⁊ vt opꝫ.

¶ Secundum capitulum ſm quas circunſtantias opꝫ liberalem dare ⁊ ſm
quas nō dare: ⁊ ſm quas. ⁊ vnde accipere ⁊ non accipere. ⁊ ꝙ liberalitas cō 2
ſiſtit non in multitudine datoꝝ: ſed in mentis habitu ⁊ cōparatiōe ad ſub
ſtantiā dantis ⁊ neceſſitatem accipiētis: ⁊ ꝙ liberaliores videntur nō poſſi
dentes ſed accipientes: ⁊ ꝙ liberalis nō de facili ditatur: ꝑꝑ quas cās: licet
obſeruet recte dationis ⁊ ſumptionis circunſtantias: ⁊ adhuc ꝙ liberalitas
cum ſit medietas facit vtraqꝫ vt opꝫ: qꝛ ſequuntur adinuicē decens datio
⁊ decens acceptio: ⁊ ꝙ liberalis eſt bene cōicatiuus. M.

ET factum quidem virtutis decoꝛum eſt: ⁊ pꝛopter decoꝛū
fit: ⁊ factum eius rectum eſt: eo ꝙ ipſa facit eūs
dem cui opoꝛtet: ⁊ ꝗtum opꝫ: ⁊ vl'r facit omnes res ſm equali
tatem certam: ⁊ pꝛopꝛium factio virtutis eſt qꝺ ſi delectabiliter
⁊ abſqꝫ triſtitia: qui vero dat cui non opoꝛtet: ⁊ non pꝛopter de=
coꝛū ſed ꝑꝑ cām aliam hic non eſt largus: ſed nominādus eſt nomine alio
neqꝫ etiam qui dat ⁊ triſtatur largus eſt: ⁊ hoc qm̄ pꝛeelegit diuitias facto
pulchꝛo: hoc autem non eſt de facto largi: ⁊ non accipit etiā aliquid vnde
non opꝫ ⁊ hoc qm̄ hec acceptio nō eſt de natura eius qui non honoꝛat pe=
cunias: neqꝫ etiā interrogat vel petit ab aliquo: pꝛopterea ꝙ non eſt facile B
bono ⁊ bñficio vt recipiat bñficiū ab aliq̄. Accipit aūt vnde opꝫ accipere: in
tendo a poſſeſſionibus ſuis: nō qꝛ hoc pulchꝛū ſit: ſed qm̄ coactus ad hoc:
quatenus habeat qꝺ det: neqꝫ etiā perdit hoc qꝺ lꝫ cū accipiat q̇dē pecu=
niā vt aliquibus dignis ſufficiant ꝑ ipſaꝫ: ⁊ nō indifferēter cuicūqꝫ tribuit
ſed cōſiderat cui opꝫ ⁊ qñ: ⁊ cuiꝰ gratia: ⁊ vt datio eius fiat decenter. Et de
nā q̇dem largi valde eſt vt addat in datione: donec nō relinquat ſibiipſi niſi
ſi modicū cum nō ſit eius intentio reſpectu ſuiipſius: largitas aūt eſt qui
dem ſm id quod poſſidet largus. nō eñ largioꝛ eſt multum dans ex multo

poſſeſſo modí cū dante ex modica poſſeſſione: donec precellat datío eius ſꝫ proportionez eius ad poſſeſſam dationem alterius. ¶D. Et ſcimus ꝙ illí qui non acquirunt diuitias per ſeipſos: ſed occupant eas abſqꝫ acquiſitione largiores ſunt alijs: eo ꝙ nō ſenſerunt vexati onem ⁊ anxietatem indigētie in eaꝝ acquiſitione: neqꝫ etiā fuerunt he diuitie aliquod opus ex operibus ipſoꝝ: vt ꝓpter hoc amēt eas: cū omnes hoīes amēt opera ſua: vt parētes qui natos ſuos amāt: ⁊ poete qui amant metra ſua. ⁊ ꝓpter hoc fit vt acquiſitoꝛ pecunie amet eſſe. Et difficile quidē eſt ditari largū vel diuitem fieri: cū nō accipiat aliquid neqꝫ conſeruet: immo diſtribuat pecuniā neqꝫ honoꝛet eam ꝓpter ſeipſum ſed diſtribuendi cauſa: verūtamen hoīes culpant fortunaz circa largos: ⁊ dicūt fere nūꝗ̄ ditaꝛ ille qui meretur diuitias Attamē hoc nō accidit circa largos preter rationē ⁊ caſu: eo ꝙ nō eſt poſſe alicui vt fiat pecunioſus niſi intendat pecuniarū aggregationi: quēadmoduz nō fit in alijs rebus intendo ꝙ non fit alicui aliquid abſqꝫ eo ꝙ intendat ⁊ laboꝛet ad illud. ¶Dixit. Et non dat largus ſicut diximus: cui nō opꝫ

B ⁊ non vt nō opoꝛtet: ⁊ ſic de reliquis diſpoſitionibus que nō conueniūt. Si enim fecerit hoc: nō erit factū eius ad imperium virtutis: ⁊ ſi expēderit pecuniaz ſuam in his nō erit expenſa eius prout opoꝛtet: res igitur eſt quemadmodum diximus ſcꝫ ꝙ largus expendit ſm ꝗ̄titatē habitoꝛū: ⁊ in quibꝰ opꝫ: qui vero ſuperfluerit in his prodigus: ⁊ propter hoc nō nominātur ſuperflue diuites prodigi: eo ꝙ expenſa eoꝛū nō ſuperexcreſcit in cōparatione multitudinis diuitiarū ſuarum. Cūqꝫ ſit largitas in datione ⁊ acceptione pecuniarū: tūc largus quidē dat ⁊ expendit in quo opoꝛtet ⁊ ꝗ̄tum opꝫ: ⁊ hoc in paruo ⁊ in multo modo debito ⁊ delectabiliter: ⁊ accipit vnde neceſſe eſt: cuꝫ neceſſe eſt. ¶Et hoc quoniā virtus cū ſit medietas in eo ꝙ eſt inter vtraſqꝫ res ſimul erit largus agens eas ambas ſimul ſm ꝙ opoꝛtet: intendo ꝙ dat vt opoꝛtet: ⁊ accipit vt opoꝛtet: ⁊ hoc qm̄ dationem virtuoſam ſequitur hmōi acceptio: quādo vero acceptio nō fuerit hmōi cōtraria erit virtuti: ideo ꝙ acceptio ⁊ datio quarū vtraqꝫ ſequiꝛ ſuā cōparez neceſſario fiunt ſm aptitudinem vnam eandē: ⁊ intendo: qm̄ qui dat vt opꝫ: accipit vt opꝫ: ⁊ dat vt nō opoꝛtet: q⁊ accipit vt non opoꝛtet. vt autem inueniātur duo cōtraria ex iſtis in diſpoſitione vna nō contingit: ⁊ propter hoc qn̄ accidit largo vt expendat pecuniam ſuam aliter ꝗ̄ expedit: ⁊ preter rectitudinem anxiatur ⁊ triſtatur. ſi vero expenderit eam mēſurate: ⁊ ſm ꝙ opꝫ: gaudet et delectatur ex hoc. Igitur virtutis eſt vt delectetur homo et gaudeat ex iſto: anxietur autem ⁊ triſtetur ex altero. ¶Dixit. Et largus bonam facit cōmunicationem in pecunia. non enim poteſt iniuriari cum non honoꝛet pecuniam: ⁊ vehemens fit eius anxietas quando non expendit in quo neceſſaria eſt expenſa: prodigus vero peccat in his eo ꝙ non delectatur in quibus eſt delectandum: neqꝫ etiam triſtatur in quibus eſt triſtandum.

Nō fit aliqd alicui: niſi itēdat ⁊ laboꝛet ad illud.

¶Capitulū tertium.

DJrimus exceſſum atqꝫ defectum eſſe prodigalitatem et auaritiaz: ⁊ hoc in duobus: dando. ſ. ac capiendo. Sumptum vero in datione ponimus. Prodigalitas ergo ⁊ in dando ⁊ in non capiendo excedit. In capiendo autēz deficit. Auaritia vero in dando deficit: in capiendo excedit. Uerum in paruis: ⁊ prodigalitas quidem nō multum coaugmentari poteſt. Non enim facile nullatenus accipientem cunctis largiri: cito namqꝫ deficiunt patrimonia priuatoꝛum: ex quo prodigi vidētur eſſe. Cum talis vtiqꝫ vir non parum melioꝛ ꝗ̄ auarus videre

tur:ac per etatem indigentiamqꝫ facile corrigi ⁊ ad mediocritatē
redigi poteſt. nam habet illa que ſunt liberalis: dat enim ⁊ non
capit:ſed neutrum recte neqꝫ vt oportet:ꝙ ſi ad hec conſueſcat vel
alio modo mutetur:fiet vtiqꝫ liberalis: dabit enim quibus opor
tet ac non capiet vnde non oportet. Quamobrem videtur quidē
non abhorrere amorum probitate. non enim abiecti neqꝫ ingene-
roſi eſt excedere in dando ⁊ non capere:dementis tamen: ſed qui C
per hunc modum prodigus eſt:multo melior eſſe videtur ꝙ aua- Prodig⁹
rus. Tum propterea que ſupra dicta ſunt:tum etiam ꝙ hic quidē mlto meli
multis prodeſt:ille nemini:nec ſibiipſi quidem. Verum pleriqꝫ p or auaro
digorum vt dictum eſt accipiunt. vnde non oportet: ⁊ ſecundum vr̄ eſſe.
hoc auari ſunt. Accipiunt vero propter erogandi cupiditatem:
quod leuiter nequaqꝫ fieri poteſt deficientibus confeſtim rebus.
Itaqꝫ neceſſitas cogit vt aliunde exuppleant:⁊ ſimul quia de ho
neſtate nihil curant ſine vllo reſpectu vndiqꝫ capiunt. Dare enim
cupiūt:quomodo autem vel vnde nulla apud eos differentia eſt.
Quamobrem nec eorum dationes liberales ſunt. non enim ho-
neſte: neqꝫ huius ipſius gratia: neqꝫ vt oportet: licet interdum
quos pauperes eſſe conuenit eos diuites faciūt. Et honeſtis qui
dem hominibus nihil dant:aſſentatoribus autem aut aliam quā
piam voluptatem afferentibus multa. Ex quo fit vt plurimi eo-
rum diſſoluti ſint ſumptus in flagitijs prone facientes. Et quia
honeſtatem non ſequuntur in vita declināt ad voluptates. Pro-
digus igitur ſine emendationis cura ad iſta tranſgreditur. Cura
vero ⁊ diligentia adhibita ad medium atqꝫ ad id quod oportet
deuenire poteſt.

¶ Tertium capitulum in quibus ſuperabundat ⁊ deficit prodigus ⁊ in qui-
bus illiberalis:⁊ ꝙ prodigus ſanabilior:⁊ melior illiberali plus habens ꝙ 3
liberalis in dando ⁊ non accipiendo : deinde de prodigis qui dant ⁊ acci-
piunt ſuperabundanter vt habeāt:vnde conſumere qui ⁊ frequenter fiūnt
intemperati. Dixit.

ET quando proceſſerimus in ſermone apparebit hec
intentio magis:iam autem diximus ꝙ pro
digalitas ⁊ auaritia ſunt additio ⁊ diminutio:⁊ ſunt in dua-
bus rebus .ſ. in acceptione ⁊ in datione. prodigalitas quidē
addit ſuper medietatem in datione:⁊ deficit a medietate que
eſt in acceptione. Auarus autem deficit a medietate in datio
ne:⁊ addit ſuper ipſam in acceptione preterꝙ in rebus paucis. Due ergo
diſpoſitiones prodigalitatis fere non comiunguntur ⁊ non perdurant: eo
ꝙ non eſt poſſibile homini vel non facile ei vt det cuilibet ⁊ a nemine acci-
piat quicꝙ. cui enim nihil reſtauratur habita finiuntur velociter quibus
autem non reſtaurantur ſunt illi de quibus putatur ꝙ ſint prodigi. Atta- D
men de prodigo videtur ꝙ ſit multo melior auaro: ⁊ hoc quoniam ablatio Prodig⁹.
vel perditio diſpoſitionis prodigi ⁊ rectificatio ipſius facilis eſt ex parte
etatis vel difficultatis:⁊ poſſibile eſt ei vt appropinquet medio cum eo in-
ueniatur quod inuenitur in largo .ſ. quoniam dat ⁊ non accipit:niſi ꝙ dif-

ferētia inter ipſum ⁊ largum eſt ꝙ eſt ipſe neutrum horū agit prout oportet. Si ergo expergefactus fuerit ⁊ obedibilem ſe reddiderit ad tranſmutādum ab hoc efficietur largus: ⁊ hoc per commēſurationē huius facti: ſcilꝫ vt det cui opꝫ: ⁊ nō accipiat vnde non oportet: ⁊ propter hoc putatur de eo ꝙ nō ſit peruerſi moris vel male creationis: qm̄ nō eſt de natura mali ⁊ vilis vt ſuperfluat in datione ⁊ non accipiat: immo hoc non eſt niſi de natura opulēti. ¶D. Qui itaqꝫ fuerit prodigus ſm̄ hunc modum ſcimus de ipſo: quoniam multo melior eſt auaro: ꝓpter cauſas quarum fecimus mētionem: ⁊ qm̄ prodigus multis hoīum proficit: auarus autem nemini neqꝫ ſibimetipſi: verumtame̅ plures prodigorum quemadmodum diximus accipiunt aliquid vnde nō opꝫ: ſunt ergo ſm̄ hūc moduꝫ auari: ⁊ nō accipiūt niſi quia volūt expendere: aut quatenus facultatem habeant expendendi: habita enim ab ipſis velociter cōſumūtur. Coguntur igitur ad acquirendum ex locis alijs: ⁊ qm̄ ipſi cum hoc nō ſollicitantur ad rem honeſtam et decoram: tunc anguſtiātur eorum pectora: ⁊ accipiūt ex omni loco in quo q. venādi opportunitatem inueniūt: ⁊ hoc quoniam nō deſiderant niſi vt dent neqꝫ curant vnde accipiāt ⁊ qualiter: ⁊ ideo fit vt dationes ipſoruꝫ nō proportionētur largitati: neqꝫ ſunt decore: neqꝫ agunt eas ꝓpter decoruꝫ: neqꝫ quemadmoduꝫ opꝫ: aut ipſi fortaſſis dicāt cuꝫ, cui pertinet vt ſit pauper: ⁊ ei qui mores habet honeſtos non dāt quicqꝫ: ⁊ fortaſſe pecuniaꝫ multam dant requirēdi eam ab ipſis adulatoric: aut per modum alium delectātem eos: ⁊ propter hoc plures ipſorum ſubmergūtur in delectationibꝰ ſuis: cum enim expēdere ſit facile eis cōuertunt expēſas ſuas in ſua deſideria: qm̄qꝫ vita ⁊ cōuerſatio ipſorum nō eſt decēs neqꝫ decora proni ſūt ac decliui in voluptate. Cū itaqꝫ prodigus nō fuerit obedibilis diſcipline traducitur ad iſta. Cū autē ſtudioſus ſuiipſius fuerit ⁊ circūſpecte rem ſuam animaduerterit ad medium: ⁊ conuertetur ad id quod opportunum eſt.

¶Capitulum quartum.

Auaritia. E Auaritia autem inſanabilis eſt: nā et ſenectus ⁊ imbecillitas omnis auaros facere videtur: et eſt magis a natura hominibus inſita quam prodigalitas. Plurimi enim pecuniarum cupidi ſunt magis q̄ꝫ largitores: ⁊ longe extenditur ac multiplex eſt. Plures enim videntur eſſe auaritie modi. Nam cum in duobus conſiſtat defectus dandi ⁊ accipiendi exceſſu non omnibus tota adheret: ſed quandoqꝫ ſcinditur: ⁊ alij in capiendo excedunt: alij in dando deficiunt: nam qui huiuſmodi appellationibus nūcupātur ceu parci tenues aridi omnes in dando deficiunt. Aliena vero non appetunt neqꝫ capere volunt parci propter quandam modeſtiaꝫ ⁊ ab ſtinentiam a rebus turpibus. Videntur enim quidam vel ſaltem aiunt ob id cuſtodire ſua: ne compellantur quandoqꝫ turpe aliquid facere: horum ſunt qui in ſingulis etiam vilibus minutiſſimiſqꝫ inſiſtunt omnes ab exceſſu non dandi cuiqꝫ nominati. F Alij vero ob metum abſtinent alienis quaſi facile non ſit ipſos aliena capere ac non alios: ſua itaqꝫ illis neqꝫ dare neqꝫ accipere. Alij rurſus in capiendo excedunt: omnia vndiqꝫ accipientes: veluꝫ q̄ illiberalia exercent: vt lenones: ⁊ feneratores: ⁊ omnes huiuſmo-

di:⁊ qui parua pro multo. Hi enim omnes vnde non oportet capiunt:⁊ quantum non oportet communiſqꝫ eſt his lucrandi turpitudo. Omnes.n.lucri gratia ⁊ huius quidem exigui probra ſuſtinent. Nam qui grandia quidem: vnde non oportet ⁊ que non oportet capiunt ceu tyranni vrbes hoſtiliter inuadentes diripientesqꝫ ⁊ templa ſpoliantes eos illiberales non dicimus: ſed improbos potius: ⁊ impios: ⁊ iniuſtos. Alcatores tamen et latrones: ⁊ pyrate illiberales ſunt: quoniam ſordide in lucro verſantur. Queſtus enim gratia faciunt: ⁊ probra vtriqꝫ ſuſtinent. Alij extrema pericula pro queſtu adeuntes: alij ab amicis quibus dare oportet acquirentes. Utriqꝫ igitur vnde nō oportet lucrari volentes ſordidi ſunt:⁊ omnis huiuſmodi queſtus illiberalis. Merito igitur liberalitati auaritia magis opponitur: B
nam ⁊ maius malum eſt ꝙ̄ prodigalitas:⁊ magis in illa peccant homines ꝙ̄ in prodigalitate. De liberalitate igitur ⁊ vitijs que illi contraria: hec dicta ſufficiant.

¶ Quartum capitulum propter quid illiberalitas eſt inſanabilis. ⁊ ꝙ diuerſi ſunt modi illiberalitatis:quia hi quidem ſimul deficiunt in datione ⁊ ſuperabundant in acceptione:hi vero in ſola datione deficiunt aliena nō accipientes.vel propter quandam reuerentiam turpium: vel ne alijs redonent.hi autem ſecundum acceptionem ſuperabundant turpia non verentes turpis lucri cauſa. Quodqꝫ liberalitati magis eſt illiberalitas contraria prodigalitate. Dixit. 4

Auaritia autem eſt peſtis irremediabilis: ⁊ huius cauſa eſt:quoniam putatur de ſenectute ⁊ de omni debilitate ꝙ reddant habentem eas auaruȝ. ⁊ homines per naturam proniores ſunt ad eam ꝙ̄ ad prodigalitatem. Plures enim hominum amant collectionem pecunie magis ꝙ̄ eius diſtributionem. Auaritia autem ſiue illiberalitas de multis rebus dicitur ⁊ eſt multarum ſpecierum:⁊ putatur ꝙ ſint multe eius diſpoſitiones. Cum enim inuenitur circa duas res.ſ.in defectu dationis ⁊ ſuperfluitate acceptionis fit ne aggregentur ambe eius species vniuerſaliter in vno aliquo:ſed fortaſſe ſeiungunt donec ſuperfluant quidā hoīum in accipiēdo:⁊ quidam eorum deficiāt in dādo.⁊ hoc q̄ſi ille qui noīatur ſchahyhan ⁊ leymen ⁊ bachilen eſt ille q̇ deficit a datione ſed non cōcupiſcit opes alterius nec vult accipere quicq̄ȝ ab aliquo. Et quidam ipſoruȝ faciunt hoc vt recedant a ſuſpitione rei turpis. Etenim ipſi dicunt ꝙ conſeruant opes ſuas timendo ne conuertantur ad actum rei turpis: ⁊ de iſtis eſt ille quem nominat vulgus numeratione lentium ⁊ ꝙ ſimilatur huic non nominant eos per huiuſmodi res niſi propter ſuperfluitatem retentionis ſue ad hoc ne vilideant quicq̄ȝ:⁊ quidam ipſorum cohibent ſe ne accipiant aliquid ab aliquo:eo ꝙ vident non eſſe rem facilem vt accipiat homo rem alterius et non largiatur alteri de ſuo: ſunt itaqꝫ propter hoc continentes ſe ab acceptione neqꝫ largiuntur aliquid de ſuo. Quidam vero valde excedunt in acceptione donec accipiunt ex omni parte ⁊ omni modo ⁊ omne quod poſſunt:quēadmodū faciūt lene ⁊ proſtibularij ⁊ ſimiles iſtis qui accipiūt modicum pro multo. Etenim omnes iſti accipiunt vnde nō oportet: ⁊ quātum nō opꝫ:⁊ cōe eſt eis lucruȝ turpe. omnes nāqꝫ ipſi portāt opprobriū ⁊ inue

equalitas ad minus duobus eſt:⁊ ideo ꝙ medius.i.iuſtus indiget.iiij. eo ꝙ iuſtitia q̃d minus in.iiij.eſt. Etenĩ in alio res quibus eſt iuſtitia due ſũt ſm hunc inuenitur equalitas rebus diuerſis:intendo ſm modum proportionis.i.erit proportio dationis ad dationem ſicut proportio habitudinis eius cui datur ad eum cui datur:niſi enim eſſet hec ꝓportio non inueniretur in eis:neqꝫ equalitas:neqꝫ inequalitas.et diuerſitas ꝓportionis eſt quidem quando fuerit in equalitate non equalitas:aut in nõ equalitate equalitas. Et eſt manifeſtum qm̃ iuſtitia diuiſiua eſt quidem in hac proportione ex hoc ꝙ oẽs vident ꝙ opꝫ vt ſint in dationibus iuſtitia: ⁊ nõ vident ꝙ meritum hominum ad dationẽ ſit vnum. Sed principes ciuitatum cõmunalium vident ꝙ meritum ſit ſm libertatem:intendo ꝙ iuſtitia in dationibus eſt vt proportio dationis ad dationem.vt ꝓportio libertatis ad libertatem:⁊ hoc qm̃ iſti vident ꝙ felicitas ſit libertas:principatus autem paucitatis videntur qm̃ meritũ eſt ſm diuitias que ſm eos ſunt felicitas. ⁊ ex eis ſunt qui vident ꝙ nobilitas generis:intendo ſit cauſa idoneitatis vel meriti. Domini autem principatus nobilis ſm veritatem vident hoc de virtute:⁊ vl̃r oẽs ꝯueniũt in hoc ꝙ idoneitas ſit ſm ꝙ vidẽt de felicitate hoĩs ⁊ ſi diuerſificent̃ in q̃d ſit hec felicitas. Cũqꝫ ſic ſit iuſticia neceſſario ẽ q̃d ꝓportiõale:etenĩ ꝓportionalitas nõ eſt ꝓpria cuidaꝫ numero:ſꝫ eſt ꝓpria numero ſimpl̃r:⁊ qm̃ ꝓportionalitas eſt equalitas in diffinitione ⁊ ſermone nõ in q̃titate erit ad minꝰ in.iiij.rebus:⁊ hoc aũt in rebꝰ diſcretis:⁊ tunc res manifeſta eſt:⁊ hoc qm̃ intẽtio equalitatis in eis ꝓportione eſt vt ſit ꝓportio primi ad ſcdm ſicut ꝓportio tertij ad quartũ:aut in ꝯtinuis:et tunc erit in tribus rebus qñ fuerit ꝓportio primi ad mediũ ſicut ꝓportio medij ad tertiũ.⁊ eſt manifeſtũ ꝙ etiã hoc in.iiij.eſt eo ꝙ mediũ accipitur bis in ꝓportiõe.v.g.qm̃ ſi fuerit proportio.a.ad.b.ſicut proportio .b.ad.c .tunc accipitur.b.bis in ꝓportiõe.ideoqꝫ erũt cõproportionalia.iiij.in ratione: ⁊ ſi nõ in ſubiecto. Cũqꝫ fuerit hec iuſtitia ꝓportionalis:intẽdo diuiſiuam ad minus erit in.iiij.⁊ ratio in eis eſt vna:intẽdo ꝙ rõ ꝓportiõis eſt inter duo ex his.i.inter duos terminos eſt rõ ꝓportiõis que eſt inter alia duo.i. terminos eorũ.V.g.qm̃ ſi fuerit hec duplex:erit ⁊ illa duplex:⁊ ex quo hec iuſtitia proportio inter.iiij.⁊ eſt hec ꝓportio inuenta in compoſitione et in ꝑmutatione ⁊ cõuerſione:manifeſtuꝫ eſt ꝙ in hac iuſtitia accidit huius donec ꝙ qñ fuerit proportio iſtius dationis ad iſtuꝫ receptoreꝫ dati:ſicut ꝓportio iſtius dationis ad iſtũ receptorẽ:erit proportio dationis ad dationem ſicut receptoris ad receptorem:⁊ ſimil̃r erit aggregatio duarũ dationum ad alteram earum ꝓportio aggregationis duorum receptorum ad alterum eorum.intendo idoneitatem recipientium. Cumqꝫ ſit hec iuſtitia ꝓportionalis:tũc eſt mediatrix:eo ꝙ ſimilitudo ꝓportiõis eſt cõmediatio q̃dã inter ꝓportiões diuerſas ſm minus ⁊ magis:⁊ iſta ꝓportionalitas eſt illa q̃ ſcił ꝑ ꝓportionẽ geometricã:intẽdo eã q̃ ẽ ꝓportio p̃mi ad ſcdꝫ ſicut ꝓportio tertij ad q̃rtũ:⁊ ꝓportio q̃ eſt in hac iuſtitia nõ eſt ꝯtinua:intẽdo in tribꝰ rebꝰ.⁊ hoc qm̃ nõ erit aliq̃d vnũ numero ens idẽ duabꝰ rebꝰ:⁊ cũ ſit iuſtitia in diuiſiõe ens ꝓportionale:tũc iuſtitia oppoſita iſti iuſtitie eſt vt diuerſificet̃ ꝓportio:erit g̃ q̃ddã plus ⁊ quoddã minꝰ:vt ꝙ ſit datio nõ ſm ꝓportionẽ eq̃litatis:erit g̃ vni plus q̃ꝫ oporteat:⁊ alteri minꝰ:iſtud ẽt accidit in actionibꝰ cõicabilibꝰ:iniuriãs eñ accipit de bono plus patiens:iniuriã minus:iſtud eſt in bono:in malo aũt econuerſo ⁊ fit hoc:eo ꝙ minꝰ de malo eligibiliꝰ eſt:ſicut magis de bono eligibilius eſt. ¶ Dixit. Una ergo ſpẽs iuſtitie eſt iſta iuſtitia q̃ fit in diuiſione rerum cõicabiliũ ſm proportionalitatẽ vt in pecunijs ⁊ honoribus.

Cap.7.

Reſtat alia que in corrigendo conſiſtit. ea fit in cōmercijs tam voluntarijs q̄ inuoluntarijs: quod eſt alterius ſpeciei iuſtum q̄ ſuperius. Nam iuſtum illud qđ in diſtribuendo conſiſtit publicarum rerum: eſt ſemꝑ iuxta proportionem iam dictam. etenim ſi ex publico pecunie ſint diſtribuende earum diſtributio per eādem fiet rationem ſm quā in publicū contributio fit. Et iniuſtum quod huic iuſto opponitur abſq; proportione. eſt autem illud iuſtum quod in commercijs conſiſtit equum quiddam: eſt ⁊ iniuſtum iniquum: ſ; non ſecundum eam proportionem: ſed ſecundum arithmeticam. Nihil enim refert vtrum bonus a malo abſtulerit: an malus a bono: neq; vtrum bonus adulterium commiſerit: an malus: ſed ad differentiam damni lex reſpicit ſolum ⁊ vt equis vtitur ſi hic iniuriam fecit ille paſſus eſt: itaq; iniuſtum hoc iniquum exiſtens: q̄re conatur lex. Nam quando hic quidem percutitur: ille vero percutit: vel hic occidit ille occiditur: paſſio ⁊ actio ſeorſum iniq̄ ſunt ſed conatur eas per condemnationem equare lucrum auferēdo. Dicitur enim ⁊ in huiuſmodi rebus lucrum: licet quibuſdam improprium videatur: puta illi qui percuſſit: damnum illi qui ꝑcuſſus eſt: ſed q̄n eſtimatur paſſio: vocatur illa quidem dānum: hoc autem lucrum: ita inter plus ⁊ minus equum eſt medium. Lucrū aūt ⁊ dānum cōtra: alterū plus: alterū minus: boni quidem plus eſt lucrum: mali autē minus. Dānū vero cōtra eſt. Inter hoc me-
O dium eſt equum quod iuſtum eſſe dicebamus. Quamobrē iuſtū illud quod in corrigendo conſiſtit mediū eſt inter damnum et lu-
Iudex vꝫ eē veluti aiatū ius. crum. Ex quo fit vt quotiens controuerſia exiſtat ad iudicem eatur: ire autem ad iudicem ideſt ire ad ius: nam iudex quidem eſſe
B debet veluti animatum ius: ⁊ querunt iudicem medium: et vocant quidam mediatorem quaſi iuſtum aſſecuturi ſi medium aſſequantur viciſim. Medium igitur quiddam iuſtum eſt: ſiquidem et iudex medius. Iudex vero ad equalitatem redigit: atq; vt linea inequaliter diuiſa cui maior pars quam dimidia adeſt ei aufert ⁊ minorem habenti tradit: ⁊ quando totū in duas partes diuiditur. tunc ſuum habere aiunt cum quiſq; equam partem accipit: equum autem medium eſt inter plus ⁊ minus ſecundum arithmeticam proportionem. Preterea nominatur iuſtum quod tam hinc q̄ inde iuxta eſt quaſi iuxta vtrumq; ſit: et iudex vtriq; iuxta aſſiſtat. Si enim duorum equalium ab altero auferatur: alteri vero addatur: duobus excedit alium: nam ſi auferatur quidem nec addatur vno dūtaxat excedit. A medio igit̄ vno ac medium vno: per hoc igitur dinoſcemus: ⁊ quid auferendum ſit ab eo qui plus habet: ⁊ quid addendum ſit ei qui minus habet. Que enim excedit id auferendum eſt ei qui plus habet eq̄les: in quibus. aa. bb. gg. adinuicem ab. aa. dematur. ae. ⁊ adiungatur. gg.

gatur.gg.id quod eſt in.g.d.id totum.d.gg.excedit.e.a.In:g.d. et.g.z.Ergo.bb.eo quod eſt.g.d.Eſt et in aliis artibus hoc.nam interirent vtiq; niſi ageret agens et quantum:et quale ac patiēs pateretur hoc et tantum ⁊ tale tracta ſunt damni ac lucri nomina ex voluntariis contractibus:nam habere plus q̄ ſuum lucrari dicitur:minus autē quam ab initio damnari.Ceu in emptione et venditione ac in aliis quibuſcunq; licentiam lex permiſerit.Quando autem nec plus nec minus:ſed ipſa per ipſa fiunt ſua ſe habere dicunt:et nec lucrari nec damnum pati. Itaq; lucri cuiuſdam ac damni medium eſt iuſtum preter voluntarium equum habendo et prius et poſterius.

¶Septimū caplm̄ de iuſto directiuo in quo dr̄ q̄ ipm̄ eſt in cōmutationibus:q̄q; ⁊ aliā hʒ ꝓportionalitatē a diſtributiuo ex ñte cōiū:ſed ꝓportionalitatem geometricā ⁊ qḋ directiuū ſic ſm ꝓportionalitatē arithmeticā q̄ eſt in tribus terminis quā pſcrutatur iudex non ꝯſiderans pſonaꝶ ſm ſtudioſum ⁊ prauū drias:ſed nocēte ⁊ nocumentū paſſo poſitis equalib⁹ ꝑus et poſt inequalib⁹ q̄ inequale equat iudex auferēs a lucratore ⁊ dans dānificato:ex quo patet quod directiuum iuſtum eſt medium damni ⁊ lucri:⁊ qualiter poſito iudice medio ⁊ equali fit adequatio lucrantis ⁊ damnificati.exemplificat in terminis tandē q̄ retributiones operum factoꝶ ab artibus ſunt ſm arithmeticam ꝓportionalitatem:vnde venerunt h̄ noīa damnum et lucrum.Dixit. 7

SPecies aūt ſcḋa eſt q̄ fit in rectificādo ꝯnegociatōes in rebus volūtariis ⁊ nō volūtariis:⁊ i hac iuſtitia ē ēt ſpēs iuſtitie q̄ fit ſm viā ꝓportionalitatis:intēdo illā q̄ fit in diuiſione rerū cōicabiliū.verūtamē dria inter vtraſq; eſt:qm̄ iuſtitia q̄ eſt in connegociationib⁹ eſt in rectificatione equalitatis inter connegociātes.intēdo equalitatē veram:non equalitatē que fit ſm viam proportionis.verūtamen cū ſit equalitas quaſi mediū inter detrimentum ⁊ lucrum.i.additio lucri ſuper ipſam vt additio ipſius ſuper detrimentum:⁊ ſit hec diſpoſitio proportionis numeralis:noīauit eā ariſto.ſm menſuram ꝓportiōis arithmetice:⁊ pp̄ hoc nō eſt in hac iuſtitia diuerſitas ex eo q̄ vnus ꝯnegociantium honoratior altero:et illud cōe ē donec ſit in connegociatione illa que eſt in damno: etenim non ē dria inter hoc vt malus priuet bonum aut bonus malū quin oporteat vt priuetur priuator:⁊ ſilr̄ oportet vt fornicator puniat̄ pena equali ſue fornicatiōi: ſiue ſit fornicator malus aut bonus:et ex quo eſt diuerſitas in iſtis maliciis damniferis:neceſſariū fecit lex vt ſeruet̄ in his vſus equalitatis nō vſ⁹ proportionalitatis.Et propterea qn̄ iniuriatur alter alteri aut damnum intulerit et fuerit hoc ſm inequalitatē conat̄ dn̄s iuſtitie legalis vt ꝯuertat ad equalitatē.Etenim cū v̄berauerit eū q̄ verberauit:⁊ vulnerauerit eū qui vulnerauit:⁊ interfecerit eū q̄ interfecit iam cōuertit actionē ⁊ paſſionem in iſtis per drias equalitatis:dn̄s itaq; iuſtitie ſemper conatur vt diminuat ex lucro et equet ipſum cū detrimēto:intēdo vt ambo ſimul detrimentum ſubeant ſm diſpōnē vnā:aut lucrentur ambo ſm diſpōnē vnam. etenim lucrum ⁊ detrimentum volr̄ eſt vt dicant̄ cōiter de oib⁹ in reb⁹ cōnegociatio:ſiue ſit vtilis ſiue dānoſa et ſi ſit non cōueniēs dānis : quēadmodum conuenit ꝑficuis:poſſumus eīn dicere de eo q̄ percutit qm̄ lucrat̄ et de eo qui percutit̄ qm̄ perdit:⁊ vlr̄ in paſſionib⁹ q̄ fiūt ab vno ad alterū

qñ non fuerit in eis equalitas q̃dam nominant᷑ dãnũ vel perditio:ꝛ q̃da3 lucrum:ꝛ cũ ſit equatoꝛ mediatoꝛ inter plus et minus ꝛ lucrũ ꝛ damnum vtrumq ſit plus altera ꝛ minus modis cõtrarijs:lucrũ q̃dẽ plus de bono et minus de malo:damnum aũt plꝰ de malo et minꝰ de bono:ꝛ ſic equatoꝛ inter vtrumq:intẽdo inter lucrũ ꝛ dãnum iuſtitia rectificãs:tũc iuſtitia rectificans neceſſario erit in actionibus medians inter lucrũ ꝛ dãnum.ꝛpp hoc qñ contendunt cõueniũt ad dñm iſtius iuſtitie ideſt ad iudicẽ.naz iudex eſt iuſtitia rectificatiua aiata:ideſt cui eſt aia.ꝛ ideo quidam hoĩum noiant hmõi cõmediatoꝛes cũ ſit q̃dẽ ipſoꝝ intẽtio inuenire medium:ꝛ qñ inuenerit ipſum ſunt iuſti:etenĩ iuſtitia res commedians eſt.¶D.ꝛ dñs iuſtitie rectificatiue equat inter diuerſos qñ inciderit connegociatio diuerſa per hoc ꝙ diminuit de parte maioꝛi excedente mediũ:ꝛ addit minoꝛi ꝑtem illam:ſm quã deficit a medio vt contingit ei q̃ diuidit lineã in duo dimidia inequalia qñ vult eq̃re inter ea:diminuit eñ a linea maioꝛe:hoc in quo excedit dimidiũ linee:ꝛ addit minoꝛi illud ĩ quo excedit a dimidio linee:etenim linea equans eſt mediũ in eo:qđ eſt inter lineã maioꝛẽ ꝛ minoꝛẽ ſm pꝛopoꝛtionis arithmetice menſuram.intẽdo ꝙ diminutio eiꝰ a maioꝛre eſt vt additio eiꝰ ſup minoꝛẽ qñ fuerit maioꝛis ꝛ minoꝛis ex linea illa q̃ diuiſa fuit in duas ptes nõ ꝓpinq̃s diſtãtia a medio diſtãtia vna.¶D.ꝛ deriuat᷑ q̃dẽ nomẽ iuſtitie in greco a diuidẽdo ĩ duo dimidia.ꝛ dñs iuſtitie.i.iudex eſt ille qui diuidit inter hoĩes per duas partes coeq̃les:ꝛ opꝫ ipm ſcire q̃d eſt diminuẽdũ a maioꝛi:ꝛ q̃d addẽdũ minoꝛi.¶Cũ eñ fuerint duo coeq̃lia:ꝛauferunt᷑ ab vno ipſoꝝ due ptes:ꝛ addunt᷑ alteri illud cui ſit additio ſit maius ſm iſtas duas ptes:ꝛ ſm eas excedit mediũ:et deficit minus a medio ſm eaſdẽ:aut qñ auferr᷑ ab vno coeq̃liũ pars vna ꝛ addit᷑ alteri:tũc q̃dẽ deficit minꝰ a medio ſm vnũ:et excedit ipm maius ſꝫ vnum. Opoꝛtet igit᷑ qñ voluerit iudex coequationẽ vt addat illi qđ deficit a medio exceſſum illũ:in quo excedit ipſum mediũ ꝛ diminuat ꝛ maioꝛi additionẽ illã:ſm quã excellit mediũ:ꝛ iſta eq̃litas inuenit᷑ in oĩbꝰ artibꝰ:coq actio cuiuſcũq artis ẽminãda ẽ ĩ q̃litate ꝛ q̃titate:ꝛ paſſio ab actiõe agetis ĩ eis ẽt ẽmlata ẽ in q̃litate ꝛ quãtitate:ꝛ ſi nõ:tũc lõge eẽt inuẽtio medij in eis:intendo ĩ artibꝰ diuerſis ſi nõ eẽnt actiones ꝛ paſſiones ꝓpꝛie vnicuiq arti termiate in qualitate ꝛ q̃titate ꝛ eſt q̃dẽ intẽtio dãni ꝛ lucri in cõnegociationibus voluntarijs ꝙ qñ hõ acceperit plus q̃ ptineat ei ideſt ꝙ dederit dr̃ lucrari:ꝛ qñ acceperit minꝰ q̃ dederit dr̃ perdere:vt contingit in venditione ꝛ emptione:aut in ceteris rebus:in quibus permittit lex cõnegociatiões:qñ aũt non accipit neq plus neq minus q̃ dedit:tũc non dr̃ lucrari:neq perdere:eſt itaq iuſtitia mediatrix.inter lucrũ ꝛ damnum in rebus voluntarijs.

¶Capitulum octauum.

SEd videt᷑ aliquibus repaſſum q̃dã ſimplr̃ eẽ iuſtũ vt pythagoꝛici dixerũt. Diffiniebãt eñ ſimplr̃ iuſtũ eſſe id qđ repaſſum ſit alteri. Uerũ hoc nõ congruit neq ei iuſto qđ eſt ſm leges:neq ciuili. Uoco aũt ciuile id qđ eſt ſociabile repaſſum,nõ cõgruit:neq ei iuſto qđ in diſtribuẽdo cõſiſtit:neq ei qđ ad coꝛrigendũ pertinet. At q̃ volũt hoc quidã dicere vt radhamãtis iuſtũ ſi patit᷑ quo fecit rectũ eſt iudiciũ. Multiphariã eñ diſcoꝛdat ceu ſi in magiſtratu cõſtitutus ꝑcuſſerit reꝑcuti nõ lꝫ:at ſi magiſ=

ſtratum q̄s percuſſerit non ſolū repcutiēdus ipſe eſt verūetiā ſup plicio afficiendus. Jnuoluntariū ēt ꝛ voluntariū multum differunt: ſed in communibus ſocietatib⁹ cōmerciorū hmōi iuſtū continet id quod repatitur ſm proportionem ꝛ nō ſm eq̄litatē. Naꝫ in repatiendo ſm proportionem conſiſtit ciuitas: aut enim quod male eſt querunt: ꝛ ſeruitus vr̄ eſſe niſi repēderit: aut quod bene. et ſi non retributio tollitur at retributione conſiſtūt. Itaqꝫ gratiarum ſacrum in promptu faciūt vt retributio ſit. Hic enim gratiarum eſt propria: remunerandus eīn qui munus contulit: at rurſus ipſe incipere debet qui ſuſcepit. Facit aūt retributionē ſꝫ proportionem per diametrum cōiūctio. Ueluti faber in quo.a.ſutor in quo.b.domus in quo.c.calceus in quo.d. Opꝫ ergo recipe fabrū a ſutore ex illius opere: ꝛ ipm̄ ſibi tradere de ſuo. Si ergo primum ſit equum ſecundum proportionem: poſtea repaſſio fiat erit qđ dr̄. Alias vero nec equū eſt: neqꝫ cōſiſtit: nihil enim vetat melius eſſe vnius opus q̄ alterius: oportet igiť illa eq̄ri. eſt autē hoc ꝛ in alijs artibus: nam interirēt vtiqꝫ niſi faceret faciēs quātum quale ac patiens pateretur hoc ꝛ tm̄ ꝛ tale. Non eīn ex duobus medicis fit ſocietas: ſed ex medico ꝛ agricola ꝛ omnino alijs et inequalibus: verum hec equanda ſunt. Quāobrem oīa quorum eſt permutatio talia eſſe conuenit: vt quodammodo conferri valeant: atqꝫ ob id minus in vſum venit: ꝛ quaſi medi⁹ fctūs eſt: nam cuncta metitur quare ꝛ defectum et exceſſum. quā multi enim calcei adequant domum vel victum. Oportet igitur ꝙ quidam faber ad ſutorem totidem calceos eſſe ad domum vel ad victum. Aliter non erit permutatio neqꝫ ſocietas.

A.	ſutor.	B.	faber.
C.	calceus.	D.	domus.

Hoc igitur niſi equalia quodāmō ſint nō erit. Opꝫ ergo vno aliquo cūcta metiri: vt ſupra dixim⁹: ꝛ hoc eſt ſꝫ veritatē indigētia q̄ oīa cōtinet: nā ſi nullius indigerēt vel nō ſiſr: vel nō erit pmutatio: vel nō eadē: ſed veluti ſubſidiū cōmutandarū nūmus compoſitus eſt: ꝛ ob hoc nūmus vocať: qđ nō a nā: ſꝫ a lege q̄ nomos dr̄ eſt inductus. Erit igiť repaſſio cū equatio fiet quāobrē ꝙ agricola ad ſutorē id opus ſutoris ad agricole opus: nec referēdū eſt ad proportionis normā cū permutabunť. Alioq̄n vtrūqꝫ exceſſuꝫ habebit alterum extremorum: ſed quādo ſic hn̄t ipſi ſua equales ſunt et communicat: ꝙ huiuſmodi equalitas in ipſis fieri poſſit. Agricola.a.alimenta.c.ſutor.b.opus quod equatur.d.ſi ita repenſio fieri non poſſet non foret ſocietas eius. quod autem indigentia ſit id vnum qđ continet deprehēdiť: q2 ſi nō indigeant ad inuicem vel ambo vel alter non fit permutatio: quemadmodum quando eius quod ipſe habet q̄s indiget veluti ſi vino idigeāt: ꝛ

Q quare nū mi adiuē ti ſunt.

triticum exportandum tradant: op⁹ eſt igitur hoc adequari: pro futura vero permutatione facienda cū op⁹ fuerit ſi nunc nihilo indiget nūmus quaſi expromiſſor quidam nobis ē.pꝫ.n.qđ qui hunc affert accipere poſſe patitur certe hoc ideꝫ. Non enim ſemper equum valet: verūtamen vult manere magis: quam ob rem oportet omnibus reb⁹ preciū eſſe: nam ſic ꝑmutatio erit ſemꝑ: ſi autem hec erit ⁊ ſocietas erit. nūm⁹ ergo tāq̄ mēſurā's adequat. Neq̄ enim ſine permutatione ſocietas eſſet: neq̄ ꝑmutatio ſine adequatione: neq̄ adequatio ſine menſura. Re igitur vera īpoſſibile eſt adeo inter ſe diuerſa conuenire. Uerum pro indigentia vnum quiddam eſſe conuenit: et hoc ex inſtituto itaq̄ nummus vocatur. Hoc enim omnib⁹ mēſurā adhibet. Nā oīa metit̄ nūm⁹ domus.a.mine decem.b.lectica. Igitur.a.dimidium.b.ſi quinq̄ minus valet domus vel equales: lectica vere ſi decima pars.c. huius quod eſt.b. Patet ergo quot lectice domum adequāt quoniam quinq̄. Quod igitur per hunc moduꝫ erat permutatio anteq̄ nummus eſſet manifeſtum eſt. Refert autem nihil vtrum lectice quinq̄ pro domo an q̄ti lectice quinq̄. Quid ergo iuſtum ſit quid ve iniuſtum diximus.

8 ¶Octauum capitulum de contrapaſſo iuſto quod primo oſtenditur non ſimplr̄ iuſtum vt pythagorici dixerūt: q͛ nec diſtributiuū nec directiuū: et q͛ hoc nō congruit in his qui differunt ſm dignitatē: ⁊ q͛ differenter retribuendum voluntarie agenti: ⁊ inuoluntarie de medio ꝙ contrapaſſum ſm proportionalitatem: et huius equalitatē in cōmunicationib⁹ commutatiuis: factum iuſtum eſt politicum ⁊ vtile ad cōicationes commutatiuas: in quib⁹ ⁊ ciuitates cōmanēt ⁊ ſaluant̄: poſtea qualr̄ fit ſm ꝓportionalitatem ⁊ qualr̄ artifices cōmutatis opib⁹ ipſoꝝ equale ⁊ iuſtū hn̄t: ⁊ ꝙ numiſma medium eſt huius adequationis: ⁊ ꝙ mutua neceſſitas continet ciuitates ſpāliter numiſma inuentum eſt. D.

ET quidam hominū vident ꝙ iuſtitia abſolute in oībus reb⁹ eſt iuſtitia q̄ fit in reb⁹ q̄ ſunt ꝫrie paſſionibus doloriferis cōnegationib⁹ ſm equalitatē: et eſt illa que nominat̄ ꝑs digne retribuēs: ⁊ eſt via antiqua in iuſtitia que ꝓportionatur: pythagoricis ⁊ achademicis famoſa apđ eos ī poſitiōe legū. ¶D. hec aūt iuſtitia nō ē in aliquo ex iuſtitia diuiſa: eo ꝙ virtus non habet partem cōdigne retributiuā neq̄ ex honore: neq̄ ex pecunia. Et inuenitur quidem hec iuſtitia magis in iuſtitia rectificatiua: ſed tamen in hoc ꝙ ex ea eſt voluntarium: ⁊ hoc in vtilitatib⁹ communicabilibus: vt pars cōdigne retributiua: que eſt ī vēditione et precij ſolutione: et in alijs q̄ ſunt in cōnegotiatiōe: in ꝑte aūt que eſt in damnis multotiens contingit iuſtitia per actionem diuerſam ab illa actione: aut inequali ei intendo eam que per dānū intulit. ¶D. Et ꝑꝑ hoc putatur de dn̄o poſitionis legū quod cōtradicat ſibi in dicto ſuo cū dixit: ꝙ iuſtitia abſolute eſt pars condigne vel ex equo retributiua. poſt dicit ꝙ quando dominus principatus vulnerauit aliquē iniurioſe: nō opꝫ ſolum vt vulneretur: ſed etiam vt penis afficiat̄. Et dixit quidem hoc vt eſtimo eo ꝙ vulneratio a principe ab intenſiore malitia procedit: q̄ malitia que non eſt a principe. ¶D. Et ſit quidem iuſtitia que eſt pars coequans ī re-

bus ꝓportionalibꝰ diuerſis nō in ꝯuenientibꝰ coequalibꝰ: intēdo ꝑ ꝓportionales res in quibꝰ eſt cōicatio inter hoies ꝑ modū ꝓportionalitatis nō ex pte ꝯueniētie ſpēi: nō enim eſt hoī vita niſi fuerit aggregatio vtilis inuita: niſi fuerit ꝯnegociatio ꝑ res ꝯueniētes in ꝓportione nō in ſpē: etenī cōnegociatio ſupplēs defectū vniuſcuiuſ ꝯnegociātiū nō fit ꝯuenientibꝰ in arte vna vt ꝯnegociatio inter medicū ⁊ medicū: nō enī indiget medicꝰ medico: ⁊ nō fit niſi in diuerſificatis in arte vt ꝯnegotiatio inter agricolā et medicū. hec enī ſupplet agricole medicationem qua caret ⁊ medico cibū quo caret: ⁊ hec ꝯnegociatio nō fit niſi fuerit iuſtitia: ⁊ ē vt det medicꝰ agricole iuxta menſuram quã dederit ei agricola. ℭ D. Et ꝓpter hoc ciues obſeruant leges obſeruatione valida: vt fiat coequa retributio. hoc enim eſt proprium legi et fit quidem coequa retributio in rebus cōmunicabilibus ex parte proportionalitatis ꝓpter aggregationē neceſſariā homibꝰ ĩ vita ſm modum opinionis nō ſm modū conuenientie: ⁊ hec vt oppō que fit ſʒ duas extremitates diametri cadentis in circulo: ⁊ in rebus quidem oppoſitis inuenitur coequalitas ex parte ꝓportionis: niſi enim eſſet arti domificatoris ad artem artificis calciamentorum ꝓportio eadē que eſt operi domificatoris. ſ. domui ad opus calcificis. ſ. ad calceū nō poſſet comprehendi notitia equalitatis inter illa duo opera: niſi eſſet communicatio nō inueniret̃ inter eos connegociatio. nam qñ non indiget alter ꝯnegociātium ſocio ſuo: aut vterq̄ vtroq̄ non erit penitus connegociatio: fit vero quando vterq̄ eoꝝ indiget eo qđ eſt apud alterum: vt qñ hñs vinum indiget tritico qđ habet alter ⁊ ecōuerſo. Cum itaq̄ ꝯnegociatio ſit ꝑꝑ indigētiā et quorūdā indigentiū non ſemꝑ ꝯueniant in eadem hora indigētie. v. g. carpentarius interdū indiget agricola: q̄ illa hora non ĩdiget carpētario: ſed medico vel aliquo alio: ⁊ ſic de alijs in alijs poſuerūt inter ſe homines per modum conueniētie aliqđ qđ ſit inſtrm̄ cōnegociādi in oibꝰ. ⁊ hoc numiſma: hoc igitur iſto mō factū eſt vice ſupplētis indigentias abſolute: cū q̄ etiā venditor nō ſꝑ in illa hora egeat emptione rei alterꝰ: ſed egebit in poſterum: factus eſt ei denarius tanq̄ fideiuſſor ſupplēdi neceſſitatem futuram: et cum iſta inueniant̃ in denario ex poſitione: ⁊ ſit nomē legis apud grecos denominatiue ſumptū a poſitione noiatꝰ eſt denarꝰ ĩ lingua greca nomine denoiatiue ſumpto a lege: cūq̄ ſit etiā eq̄litas neceſſaria ad ꝑmanentiam connegociationis ⁊ durationem eius: ⁊ difficilis ſit cognitio coequalitatis inter res diuerſas poſuerūt denariū tanq̄ eſtimatiuam eq̄pollentiarum in rebus: factus eſt ergo quaſi commediator quodammodo cum ſit equans inter additionem ⁊ diminutionē. ⁊ hoc qñ ſi eſſet ꝓportio artis domificatoris ad artē calciatoris proportio dupli: tunc oporteret vt eſſet proportio domus ad calceū hec proportio. Eſſet ergo cōnegociatio iuxta in hoc vt daret domificator domum vnam et acciperet calceos duos ſʒ cū ſit equa pēſio iter res difficiles poſuerūt oibꝰ rebꝰ ſm ꝓportiōeʒ ſuā equalētiā vniꝰ eiuſdē rei: ⁊ ē denarꝰ: ꝑ hūc igit̃ facilis ē eiꝰ inuētio eq̄litatis. Etenī nō refert vt det̃ in cābio domꝰ duo calcei aut det̃ eſtimatio ꝑciũ ipſoꝝ. Denarꝰ ḡ poſitꝰ ē in ciuitatibꝰ ꝑꝑ iſtas duas cās: itēdo ꝑꝑ facilitatē inuētionis equalitatis: ⁊ ꝑꝑ ꝯuenientiā indigētie. Cap. 9.

His vero determinatis manifeſtū eſt ꝙ iuſte degere mediū eſt inter faciendū ⁊ patiendum iniuriam. Hiam alterū eſt plus habere: alterum minus. Juſtitia vero medio critas eſt nō eodē modo: ⁊ vt in ſuperioribꝰ virtutibus: ſed quod ipſa medij eſt: iniuſtitia autem extremorum. Et iuſtitia eſt per quam iuſtus dicitur iuſti operator ſecundum electio-

nem:ac tributor ſibi ad alium:non ſicut commodi quidem plus ſi
bi minus proximo:incommodi vero contra eſt:namqꝫ hoc exceſ=
ſus ⁊ defectus commodi:⁊ incommodi abſqꝫ proportione:ob id
vero exceſſus ⁊ defectus eſt iniuſtitia: quia eſt eius quod eſt ex=
ceſſus ⁊ defectus. Quantū ad ſe quidē exceſſus vtilitatis ſimpli
citer ⁊ defectus damni. Quantum vero ad alios in ſumma eodē
modo:ſed preter proportionē vt contingit:iniurie vero id quod
eſt minus pati:quod autem plus eſt facere iniuriā. ¶ De iuſtitia
igitur ⁊ iniuſtitia qualis eſt vtriuſqꝫ natura dictum ſit hactenus
⁊ ſimiliter de iuſto ⁊ iniuſto vniuerſali.

5 Cum autem fieri poſſit: vt quis iniuriam faciat:⁊ nondū
ſit iniuſtus:ob quas iniurias quis faciens iniuſtus iam
eſt: ſm vnamquāqꝫ iniuſtitiam:ceu fur:aut mechus:aut
latro:vel ſic quidem nihil differt.nam ſi coeat quis cum
muliere ſciens cū qua:ſed nō per electionis principium:ſed pro=
pter animi perturbationem iniuriam quidem facit: ſed non eſt in
iuſtus. Quemadmodum nec fur tantū furatus eſt: nec mechus
tamē mechatus eſt:eodēqꝫ modo in aliis. Quemadmodū igitur
ſe habet id qḋ repatitur ad iuſtum dictū eſt prius.

Nec latere oportet ꝙ id qḋ queritur eſt qḋ ſimpliciter iu=
ſtum ⁊ ciuile iuſtū:hoc eſt ſociabile ad vitam: vt ſuffi=
ciens ſit ad libertatem ⁊ equalitatem: vel ſecundū pro=
portionem:vel ſm numerum. Itaqꝫ quibuſcūqꝫ non eſt
hoc:eiſdem nō eſt adinuicem ciuile iuſtum. ſed aliquid iuſtū per
ſimilitudinem. Eſt enim iuſtū quibus ⁊ lex ad ipſos: lex autē in
quibus iuſtitia. Iudicium enim eſt iudicatio iuſti et iniuſti. In
quibus autem iniuſtitia eſt in eiſdem ⁊ iniuria: ſed in quibus in=
iuria non fit omnibus iniuſtitia:hoc eſt ſibi plus tribuere ex ſim=
pliciter bonis: minus autem ex ſimpliciter malis. Quapropter
non ſinimus damnari hominem: ſed ratione: qr ſi hoc ageret et
tyrannus efficitur:eſt enim ingratus cuſtos iuſti:ꝙ ſi iuſti ⁊ equi.
Cum vero ſi quis iuſtus ſit nihilo plus videatur habiturus:non
enim plus tribuit ſibi ex ſimpliciter bono niſi ad ipſum proportio
ne ſeruata ex quo fit vt alteri laboret:atqꝫ ob id alienum bonum
dicunt eſſe iuſtitia:vt ſupra diximus. Ideo merces quedam tri=
buenda eſt:honor:ſcilicet ⁊ gloria:quibus autē hec non ſufficiūt
hi ſunt tyranni.

¶ Nonum capitulū primo quorum iuſta operatio eſt mediū:⁊ ꝙ iuſtitia eſt
9 medietas non ſecundū eundē modum aliis virtutibus cum alie ſint duarū
malitiarum oppoſitarum medie: hec autem vnius ſibi oppoſite malitie.ſcꝫ
iniuſtitie diuiſe iniuſtū facere ⁊ iniuſtum pati:deinde quid iuſtitia diſtri=
butiua:⁊ ꝙ iniuſtus in ſe diſtributionem faciens: ⁊ ad alium ſemper bo=
ni ſibipſi plus tribuit:nociui vero minus:ad alios autem vt contingit di=
ſtribuit inequaliter:ſcꝫ ⁊ indigne: quoqꝫ ſuperabundant: ⁊ maius eſt iniu=

ſtum facere: defectus vero ⁊ minus iniuſtum pati. D.

IAm ergo manifeſtum hoc eſt ex dicto quid ſit iniuſtitia: ⁊ quid iuſtitia: ⁊ ex hmõi diſtinctione manifeſtū eſt ꝙ iuſta connegociatio eſt in eo qđ eſt interfacere iniuriam ⁊ pati eam. etenī iniuriatori eſt magis de bono ⁊ iniuriatio minus: iuſtitia aūt que eſt in connegociatione eſt cōmediatio inter eos non per moduȝ per queȝ cetere virtutes ſunt mediatio: eo ꝙ iſta mediū eſt relatum alteri: virtutes autem ſunt quarum media non ſunt relata ad alterum: ⁊ ſilr iniuria hec eſt in extremitatibus per relationeȝ ad alterum: malitie autē ſunt in extremitatibꝰ non relatis ad alterum: ⁊ pp hoc qñ accipitur virtus ſm ꝙ eſt relata ad alterum: eſt iuſtitia vlis ſm ꝙ predictum eſt: ⁊ ex iſto manifeſtum eſt ꝙ iuſtus eſt qui facit iuſtitiā inter ſe ⁊ alterum ⁊ inter alterū ⁊ alterum: ⁊ iniuſtus eſt ille qui dat ſibi plus de bono ⁊ alteri minus: ⁊ de dāno ſm huius diuerſum: intendo ꝙ det ex ipō alteri plus ⁊ ſibiipſi minus: ſed iuſtus eſt ille q̄ dat equale inter ſe ⁊ alterum ⁊ inter alterū ⁊ alterum: iniuſtus autem eſt cōtrarius huic. ❡ D. ⁊ oportet ne lateat nos: qm̄ iuſtitia abſoluta de qua hec eſt perſcrutatio eſt iuſtitia ciuilis: ⁊ iſta eſt iuſtitia illa in qua cōicant hoies vt inueniatur eis coequa diſtributio: ⁊ hec vt dictum eſt iuſtitia eſt duarum partium: aut iuſtitia ex parte proportionis: ⁊ eſt iuſtitia diuiſiōis ⁊ eſt quodāmō equalitas aut iuſtitia ex parte equalitatis: ⁊ eſt iuſtitia connegociationibus: ⁊ quibus neutra partiuȝ huius iuſtitie inuenitur: apud illos eſt iuſtitia per modum ſimilitudinis. ❡ D. ⁊ factum iuſtitie eſt principibus: apud quos eſt lex: ⁊ apud quos eſt lex apud eos iniuria: ⁊ ſunt principes ⁊ diſcernunt quidem per hoc ꝙ dicit de eis de iniuria ⁊ de iuſtitia ſȝ iudicia coꝝ: iuſtus ergo eſt qui iudicat ſm iuſtitiam: ⁊ iniuſtus ex principibus eſt ille qui dat ſibi de bono plus ꝙ̄ alteri ⁊ de malo econtrario: ⁊ ideo ꝙ faciens iuſtitiam eſt idem qui facit iniuſtitiā: vides hoies refutantes ne dominet homo eis vlr: eo ꝙ ipſe cōuertitur in tyrānum: ⁊ partitur bonuȝ ſibiipſi plus: ⁊ princeps abſolute eſt cōſeruator iuſtitie: ⁊ cū ſit ſeruator iuſtitie eſt ſeruator equalitatis: ⁊ cum ſit ſeruator equalitatis non dat ſibi aliquid plus de bono qđ eſt bonū per modū ſimpliciter: intendo parum impermixtū malo niſi non ſit alius q̄ laborat ſilr ſuo labori: ⁊ non laborat aliqs vt ipſe: nec procurat vtilitatem ciuium vt ipſe: verūtamen non eſt eius vt det ſibiipſi ſm ſuū meritū: ⁊ pp hoc dictum eſt ꝙ iuſtitia eſt bonuȝ alteri nō iuſto. Sic ergo eius ꝓmiū reuerētia ⁊ honor: intendo iuſtitiam ex altero: ⁊ ſm iſtud nō eſt iuſtitia illa q̄ eſt iuſtitia ſm veritatem: ⁊ illa que noiat iuſtitia: eo ꝙ factū eiꝰ eſt factū iuſtitie vna eadem: neqȝ ſm tyrānos: ꝙ̄to magis ſm non tyrānos: etenī non iniuriat aliquis in eo ꝙ ſuū eſt abſolute: ſȝ iniuriatur quidem in aliquo ſm ꝙ eſt nō ius ſuū quodāmodo: quēadmoduȝ iniuriatur pater filio quandoqȝ: ꝙ̄uis enī pars ipſius ſit: tn̄ iam obſiſtit in ſufficientia ꝓpria diſparatus ab eo. Cap. x.

DOminicum vero ac paternum ius: non idem his eſt: ſed ſimile. Non enim eſt iniuſtitia ad ſuaȝ ipſius ſimpliciter: nam filiȷ ⁊c. que in poteſtate ſunt quādiu nō ſeparata fuerint tanꝙ̄ illius partes ſunt. At ſibiipſi nemo nocere vult. Quapropter nec iniuſtitia eſt ad ſeipſum.

T Sibiipſi nemo nocere vult.

Capitulum. vndecimū.

On ergo iuſtum neq; iniuſtum ciuile. Nam ſm leges id erat: ⁊ eſt in his quoꝝ ea natura eſt vt lex in illis eſſe poſſit. Tales vero erant hi: in quibus equalitas imperandi atq; parendi: itaq; magis ad vxorē ius eſt q̄ ad filios ⁊c. que ſunt in poteſtate: hoc em̄ eſt economicum ius: ⁊ quidem alienum a ciuili iure.

Us alterum naturale eſt: alterum legitimum. Naturale quod vbiq; eandem habet vim: non quia ſic videat̄ vel non. Legitimum qđ nihil ab initio referebat hoc vel illo mō eſſet: ſed poſtq̄ lata eſt lex refert: veluti vt redemptiones captiuoꝝ certo precio fiant: vtiq; capra immoletur: nō due oues: ⁊ que de ſingulis cauta legib⁹ ſunt vt ſacra facere braſide: ⁊ decreta publica. Uidentur aūt quibuſdam cuncta eſſe eiuſmodi: nam qđ naturale eſt: id immutabile eſt: ⁊ vbiq; eandem habet ptātem vt ignis hic ⁊ in perſis vrit: iura vero mutari videntur hoc autē non eſt ita ſe habens ſed ſic. Enimuero apud deos quidem forſan non ita ſe habet apud nos certe aliquid eſt naturale mutabile non omne q̄dē: ſed tñ eſt aliud natura: aliud non natura: quale aūt natura ſe alr̄ habere poteſt: ⁊ quale non: ſed lege ac pōne ſi quidem vtraq; mutabilia ſilr̄ manifeſtuꝫ eſt. in aliis quoq; eadem eſt determinatio. Natura em̄ dextra melior eſt fieri pōt tñ vt omnes ambidextra ſint.

11 ¶Undecimū caplm̄ q̄ de proprie iuſto ⁊ politico eſt hic intētio: ⁊ quid eſt politicum iuſtū ⁊ in q̇bus non eſt hmōi iniuſtū: ſed qđdam ei ſilē: q̄q; hmōi iuſtum eſt in q̇bus lex: ⁊ hoc in quibus iniuſtitia ⁊ quid iniuſtitia: pp̱ qđ non hō: ſed rō principari debet: q̇dq; princeps: ⁊ pp̱ q̇d iuſtitia eſt alienum bonum: q̄q; princeps merces honor ⁊ gloria: ⁊ q̇bus hic non ſufficiunt tyranni: q̄q; dn̄antium ⁊ paternum iuſtum non idem politico: ſed ſilē: ⁊ q̄ dn̄i ad ſeruum ⁊ patris ad filium dum eſt minor non eſt politicuꝫ iuſtum: q̄r hic ſunt partes illoꝝ: ⁊ ita non his adinuicem ledere ⁊ ledi: ⁊ ita neq; lex neq; hmōi iuſtum: q̄q; ad vxorem magis eſt iuſtum q̄ ad natos ⁊ ſeruos: non tñ politicum: ſed economicum. D.

T propter hoc non ꝓportionat aliquis iniuriam ad id qđ habet: ⁊ ſimiliter iniuſtitia ciuilis non proportionatur ad hoc quod habet: intendo ad hoc qđ habet iuſtus: ſed ad qđ alterius eſt: nam iuſtitia ciuilis eſt in eo in quo lex: ⁊ in rebus in quarum natura eſt vt in eis ſit lex. Et iſte ſunt ille in quibus iuſtitie eſt vt quidam ſint prelati ⁊ quidam ſubditi: intendo q̄ iuſtitia ſm veritatem inuenitur quideꝫ inter homines quoꝛuꝫ determinatio eſt hec determinatio. i. quidam eoꝝ prelati quidā ſubditi.

Capitulum. 17.

U Jura ſm poſitionē ⁊ vtilitatē ſilia ſunt mēſuris.

Ura vero ſm poſitionem vel vtilitatem ſimilia ſunt menſuris: non em̄ omnibus in locis equales ſunt tritici viniq; menſure: ſed vbi emunt maiores: vendunt vbi minores. Eodem mō iura que non ſunt naturalia: ſed humana non eadeꝫ ſunt vbiq;. nam neq; res

pꝫ ſed vna duntaxat vbiq; ſm nãꝫ optima.

SIngula vero que iure ꝛ lege prouidentur ita ſe hñt vt vlīa ad ſingularia. nam ea q̄ aguntur multa ſunt ꝛ ꝙq; ipſoꝝ vnum vl̄e namq;. Differunt aũt iniuſtuꝫ ꝛ iniuria: item iuſtum ꝛ ius. Iniuſtum eſt.n. natura vel ordinatione: hoc aũt ipſum poſtq̄ꝫ factum eſt iniuria eſt: ante vero q̄ꝫ fiat non eſt iniuria: ſed iniuſtum eodem modo ius: ſed cõius dicitur iuſti degentia. Eſt aũt ius iniurie correctio in ſingulis vero ipſoꝝ que ſpẽs ꝛ quot ꝛ circa que iuſta ꝛ iniuſta poſtea videbimus.

¶Duodecimũ capl'm diuiſio iuſti in naturale ꝛ legale ꝛ quid vtrũq;.ſ. hoc 12
vtiq; idem: hoc vero ex poſitione ꝛ mobile: ꝛ ꝙ nõ ſicut vr̄ q̄buſdam omne iuſtũ ſimplr̄ mobile: ſed nãle oĩbus naturaliter hñtibus idẽ ꝛ imobile: non nãliter aũt hñtibus mobile ꝙq; ab hñtibus naturalr̄ cognoſcit̄ iuſtũ naturale ꝛ diſcernit̄ a legali: ꝛ ꝙ legale ſm diuerſas vrbanitates diuerſum: optima aũt vrbanitas ſemꝑ eadẽ apud oẽs naturalr̄ habentes .D.

IUſtitie aũt ciuilis q̄ddam eſt naturale legale: ꝛ quiddaꝫ legale tm̄.i. poſitiuũ: ius aũt naturale eſt cuius men- X
ſura eſt in omni loco ꝛ in omni tp̄e: ꝛ non cadit in ipſum commẽſuratio. Lex aũt non naturalis gñe q̄dẽ quaſi naturalis eſt ꝛ nõ eſt in ea diuerſitas. Commenſuratione aũt diuerſificat̄ ſm diuerſas gentes vt iuſtitia poſita cõmenſuratiue in de collocutionib⁹ ꝛ oblationibus ꝛ oꝛonibus poſitis in legibus ꝛ foris. ¶D. Et quidam hoĩum vident ꝙ oẽs iuſtitie legales poſitiue ſunt in q̄bus incidit cõmenſuratio: variatio ſm ꝙ vr̄ vnicuiq; ex legum latoribus qꝺ ſit cõuenientius variare ſꝫ locũ ꝛ tp̄s. Que vero ſunt ꝑ nãm non diuerſantur cũ ſit vis eius vna in oĩ loco ꝛ in oĩ tp̄e ſicut ignis vis vna eſt in omni loco: intendo ꝙ ipſe mouet̄ ſurſum vbicũq; ponatur in mundo: ꝛ quacũq; hora ponatur. ex rebus igit̄ iuſtis ſm hec quedam erunt effectiue iuſti: ꝛ ex ꝑte nature: ꝛ quedã effectiue ex ꝑte conſuetudinis nõ ex parte nature ſue ꝑ ſuam qualitatẽ: ſed ex parte poſitionis ꝛ vſus eaꝝ: ꝛ quẽadmodũ dextra manus eſt dextra naturaliter: ꝛ ſiniſtra interdũ fit dextra vſualr̄: ſic eſt diſpõ in iuſtitijs naturalibus ꝛ cõſuetudinib⁹: ꝛ cõmẽſuratio diuerſificata ſm magis ꝛ minus ſm quãlibet legem in iſtis iuſtitijs diuerſis per legem. intendo media q̄ ſunt in ipſis: ꝛ ſi ſint multe ꝛ diuerſe ſm diuerſas gentes: ſunt tñ oẽs conuenientes in hoc ꝙ faciunt factũ iuſtitie: ꝛ quaſi in hoc ſimilatur menſuris diuerſis quib⁹ vtũtur in qualꝫ ciuitate: ipſe etenĩ ꝛ ſi ſint diuerſe oẽs: tñ faciunt factũ iuſtitie: intẽdo menſuras tritici ꝛ olei ꝛ conſimiliũ que mẽſurant̄: nam nõ ſunt iſte menſure q̄ꝫtitatis vnius apud oẽs gentes: ſic igitur eſt diſpõ rerũ iuſtarũ quodãmõ. ꝛ iſtud eſt vt cõmẽſuratio oꝛonũ ꝛ ſeruitioꝝ in qualꝫ lege: ꝛ hoc qm̄ quẽadmodum leges ꝛ modi viuendi non ſunt vni in omni loco ſic ſe hꝫ in rebus iuſtis. Et eſt quidem modus viuendi naturalis vnus in oĩ loco poſitiuus aũt non eſt vnus in omni loco. Cap. 13.

SEd cum iuſta ꝛ iniuſta ſunt que ſupra diximus ius ꝛ iniuriam facit cum ſciens q̄s ea facit: ꝙ ſi inuitus q̄s facit neq; iniuria eſt: neq; ius niſi per accñs. Quibus eñ iuſtis accidit vel iniuſtis eſſe agentibus: ius aũt ex iniuria determinatur ſm voluntarium ꝛ inuoluntarium: cum eñ volens

quis facit vituperatur ꝛ iniuria eſt. Itaq̧ iniuſtum erit qđdam: ac nondum iniuria niſi hoc addito vt volens quis faciat. Dico
g aūt voluntariū vt prius dictū eſt qñ qs in ptāte ſua exiſtēs ſciēs: ꝛ nō ignorans: neq̧ quē: neq̧ quo veluti ſi nō ignoret quē pulſet: nec quo nec cuius gratia: ꝛ eoꝝ ſingula faciat nō per accñs: neq̧ per vim coactus. Nam ſi manum alterius capiens quis aliū pulſet: non volens facit is cuius eſt manus: nec in ſua eſt ptāte: fieri aūt pōt vt pr̄ ſit qui pulſatur: illum vero q̄ pulſet intelligere hūc eſſe hoīem quēdam: ſed ꝙ pr̄ ſit ignorare: eodem mō dōm eſt in his q̄ alicui⁹ grā fiunt ꝛ circa rem totam: ſiue aūt quis ignoret: ſiue non ignoret cū in ſua ptāte nō eſt vel per violentiam facit inuoluntariuȝ eſt. Multa. n. ex his quoq̧ que nã exiſtunt ſcientes agimus ꝛ patimur: quoꝝ nullū neq̧ voluntarium: neq̧ inuoluntariū: ceu ſeneſcere vel mori. Silr̄ eſt de iuſtis ꝛ iniuſtis p accñs. nā ſi depoſitū qs iuit⁹ ꝛ p metū reddat: neq̧ facere: neq̧ opari iuſta fatendum niſi per accñs: eodem mō ſi coactus ꝛ inuitus depoſitum non reddiderit p accidens dicēdus eſt iniuſta facere. Eoꝝ vero q̄ volentes facimus alia cū electione: alia ſine electione: cum electione facimus cū deliberatio anteceſſit: ſine electione cū non anteceſſit deliberatio.

¶ Tertiūdecimū caplm: ꝙ iuſta legalia ad opata ſm ipſa ſunt vt vl̄e ad ſin
13 gul̄e: ꝛ ꝙ iniuſtū ꝛ iuſtū dr̄nt ab iniuſtificatione ꝛ iuſtificatione: ꝙ hic quidē vl̄ia determinata: hoc aūt cū operatū ſit ſm vl̄e magis ꝛ tñ: proprie ꝙ dr̄ ſit iuſtificatio. i. iuſtū cū opaꝛ eſt dr̄ dikaiopragema: iuſtificatio vero directio iniuſtificationis: ꝙ q̄ dikaiopragematon: ꝛ iuſtificationū ꝛ iniuſtificationū: hec qđē p ſe vt cū ſunt volūtaria: hec vero p accñs vt cū inuolūtaria: ꝛ tādē qđ volūtariū ꝛ inuolūtariū: ꝛ ꝙ ſilr̄ ꝛ iniuſt⁹ ꝛ iuſt⁹ eſt p ſe ꝛ accñs: q̧q̧ volūtarioꝝ q̄dā p̄electa ꝛ p̄cōſiliata: q̄dā vero nō. D.

Roportio aūt iſtarū rerū iuſtarū que docenꝛ vel notificātur in hoc libro ad res: ad quas ponit dñs legū eſt proportio rerū vl̄iū ad res pticulares q̄ aguntꝛ: ꝛ particularia multa ſunt: vl̄ia vero comprehenſa ſunt: ꝛ vnūqđq̧ ex ipſis vnū eſt non multū. Et illud de quo hoc dcm̄ ex iuſto eſt in gñibus ſuis p̄mis: dcā aūt in ſpēbus oīs generis ex iſtis duobus gñibus: intendo diuiſiuū ꝛ directiuū: ꝛ quid ſint ꝛ quot ſint ꝛ in quo ſint: eſt de quo dixit ꝙ perſcrutaretur poſtremo in alio lib. ab iſto.

T cum iuſtitia ꝛ nō iuſtitia ſit q̄ diffinita eſt añ: ꝛ eſt ea a qua agiꝛ iuſtū ꝛ nō iuſtū: tūc qđē agēs p iuſtitiā nominaꝛ iuſtus ꝛ agēs p nō iuſtitiā nō iuſt⁹ qñ fecerit factum voluntarie: qñ vero fecerit iuſt⁹ nō volūtarie: aut iniuſt⁹. tūc noiaꝛ qđē iuſt⁹: aut iniuſt⁹ p accñs. i. accidit eis vt agāt actiones iuſtitie: aut non iuſtitie. deinde qñ iſtud ſic fuerit dictum iuſtū cōiter ꝛ pprie cōiter ergo dr̄ de omni facto iuſto ſiue contingat p voluntatē: ſiue p nāin: ſiue abſq̧ volūtate: pprie vero dr̄ de facto iuſto ꝙ fit a volūtate: ꝛ ſilr̄ iniuſtū dr̄ cōiter de oī facto ꝙ fuerit iniuſtū qualr̄cūq̧ cōtingat: ꝛ dr̄ pprie de eo qđ cōtingit p voluntatē. Qđ aūt de iuſto cōtingit a volūtate noiaꝛ eq̄tas: ꝛ ꝙ contingit ex ipſo ab ambab⁹ reb⁹ iuſtitia: ꝛ ſilr̄ noietur iniq̄tas iniuſtitia q̄ fit a volun

tate:ꝛ noiaᷓ iniuſtitia illa que fit ab illis duab⁹ reb⁹. Cūq̧ hic ſic fuerit: tūc oīs eq̄tas iuſtitia eſt: ꝛ nō oīs iuſtitia eq̄tas: ꝛ ſilr oīs iniq̄tas iniuſtitia eſt ꝛ nō oīs iuſtitia iniq̄tas: ꝛ factū volūtariū quē admodū dictū eſt in eo q̄d ēpterūt eſt qđ facit quis: ꝛ videt ꝙ facere illud eſt in ipſo eſt: ꝛ in hoꝛa faciēdi nō latet eū qđ facit ipſuȝ: ꝛ cui facit ipſum: ꝛ cū quo facit ipſuȝ: ꝛ pp̄ qđ facit ipſum: vt qđ ꝑcutiat videns ꝙ ꝑcuſſio in eo eſt nō in alio: ꝛ non facit cuȝ alius facere hoc inuite: aut de neceſſitate vt ꝙ q̄s ꝑcutiat quē manu alteri⁹ etem̄ ille cui⁹ manu ꝑcutit ali⁹ ꝑcuſſoꝛ eſt in ſpōtanee vel inuite: ꝛ ſilr fit in eo q̇ ꝑcutit ſcitū ſibi nō ignotū vt ꝙ ꝑcutiat hoīeȝ de q̄ ſcit ꝙ eſt vn⁹ ex hoīb⁹. ſed nō ſcit ꝙ eſt pr̄ ei⁹: etem̄ de iſto dr̄ ꝙ ꝑcuſſit patrē ſuū inuolūtarie: et ſilr accidit in eo quo ꝑcutiᷓ ꝛ gr̄a cui⁹ ꝑcutiᷓ. qđ aūt fit ſciēter: attn̄ principiū faciēdi ipſuȝ nō eſt in nobis: ſȝ ſilaᷓtur inſpōtaneo: tūc ipȝ neq̧ noiaᷓ volūtariū neq̧ inuolūtariū: ꝛ oēs modi ei⁹ qđ ꝑ accn̄s eq̄les ſunt in oībus ſpēbus actionū iuſtitie. etem̄ ſi q̄s reddit apđ ſe dpoſitū inſpōtanee pp̄ metū nō dr̄ eo factoꝛ iuſtitie niſi ꝑ modū accn̄tis. ꝛ ſilr in ceteris actionib⁹ iuſtitie q̄n agūt inuolūtarie dr̄ ꝙ factoꝛ eaꝝ eſt iuſt⁹ ꝑ modū accn̄tis: ꝛ de reb⁹ volūtariꝭs eſt qđ agiᷓ ꝑ electionē p̄cedētē vt de eis eſt ꝙ nō agitur ꝑ electionē p̄cedētē: qđ aūt agiᷓ ꝑ electionē p̄cedenteȝ eſt illud qđ agitur poſtq̧ operaᷓ in eo cōſiliū vel mediatio: ſed qđ agitur abſq̧ electione p̄cedente eſt qđ operatur abſq̧ p̄cogitatione. Cap. 14.

Quoniam vero tripliciter nocetur in cōi ſocietate per ignorantiam peccata ſunt: q̄n nec quem nec qđ: nec q̄ nec cuius gratia intelligebat hic egit. nam aut non pulſare: aut non illum: aut non illo aut nō cuius gratia putabat: veluti ſi non vt vulneraret: ſed vt pungeret: vel non quē vel non vt q̄n: igitur preter propoſitum nocere infoꝛtunium eſt. Q̄n aūt non preter propoſitum ſed ſine malitia erroꝛ. Errat aūt cum in ipſo eſt principium cauſe. Aduerſa vero foꝛtuna vtitur cum extra: ſed q̄n ſciens equidem: ſed non deliberatiōe premiſſa facit iniuria eſt cuius generis ſunt oīa quecūq̧ per iraȝ aut ceteras perturbationes animi cōmittuntur ꝛ quecūq̧ neceſſaria vel naturalia hoībus accidunt. Hec cōmittentes peccāteſq̧ iniuriantur ꝛ iniurie ſunt. nondum tn̄ ꝑpꝑea iniuſti illi neq̧ mali. non. n. ob impꝛobitatem cōmiſerunt: ſed q̄n cum electione iniuſt⁹ ꝛ impꝛobus. Quāobꝛem recte illa que per iram fiunt non perinde habentur quaſi ex ꝓuidentia ſint facta. non. n. incepit qui per irā facit: ſed qui ꝓuocauit. Inſup non de facto. vtrum ſit vel nō ſit diſceptaᷓ ſed de iure. Apparente. n. iniuſtitia exiſtit ira. naȝ nō vt in cōmercijs de faciendo diſceptāt: quoꝝ alterū neceſſe eſt eſſe impꝛobum niſi ꝑ obliuionē hec agunt. ſed conuenientes de re de iure diſceptant. Sed qui inſidiatur nō ignoꝛat: itaq̧ ille quideȝ putat iniuriam accipere: ille vero non. Qđ ſi ex electione nocuerit iniuriā facit. Et has iniurias faciendo iniuſtus eſt q̄n preter ꝓpoꝛtionem fit vel preter equitatem. Eodem mō iuſtus q̄n eligēs iuſta facit. Facit aūt iuſta ſi mō volens facit. Inuoluntarioꝛum aūt alia ſunt in quibus venia locum habet alia in q̄bus non hȝ.

nam quecūqꝫ non ignorantes ſolum:verum etiam ꝑ ignorantiã delinquuntur ignoſcenda ſunt. Quecūqꝫ vero nõ per ignorantiã ſed ignorantes quidem ꝓpter perturbationem animi nõ naturalem neqꝫ humanam non ſunt ignoſcenda.

14 ¶ Quartūdecimū capl'm qualiter factū nocumētum eſt iniuſtitia:⁊ qualiter nõ:qꝛ tribus exiſtētibus nocumētis duo.que cum ignorantia ſingularium fiūt peccata ſunt:que aut paralogicū fiunt ⁊ vocantur infortunia: aut nõ paralogice:⁊ dñr peccata equiuoce cõi:tertiū aūt qñ ſciēs facit non precõſilians:aut ꝓpter aliquã paſſionē neceſſariã:aut naturalē,vocatur iuſtificatio qua tria faciētes iniuſtitiã faciūt: nõ tñ ꝓpter hoc iniuſti:qꝛ nõ ꝓꝓ malitiã:ſꝫ qñ ex electione faciūt:tūc iniuſti ⁊ mali:qđqꝫ qui ꝓpter iram faciūt nõ ex ꝓuidētia ⁊ ira:nec ex electiõe:aut inſidijs:aut malitia cuiꝰ ſignū qđ factū fatenť:⁊ fit dubitatio de iuſto ecõtrario ſe hñte in ꝯtrauerſijs circa ꝯmutatiões vbi alter neceſſario malꝰ niſi ſit oblitꝰ:⁊ ꝙ ex ꝑelectiõe tã iniuſtus determinať.⁊ ꝙ inuolūtariorū q̃ ꝓpter ignorantiã fiunt venialia.q̃ vero ꝓꝓ nõ ignorãtiã:ſꝫ ꝓꝓ paſſionē nãlē neqꝫ humanū nõ venialia.D.

T. cum quidē hoc ſi eſt:tūc dãnū accidēs in ꝯnegotiationibus triū ſpecierū eſt vnū qđ accidit ꝓpter priuationem ſcie. Et hoc qm̃ qñ quis fecerit factū nõ ſciēs cui fecit:neqꝫ cū quo facit: neqꝫ ꝓpter quã rem fecit: vt ꝙ putet factor non ſe vulnerare ⁊ idē per factū ſuuꝫ:⁊ tñ vulnerat ipſum:aut ꝙ putet nõ percutere cū gladio:⁊ tñ percutit ipſo:hec etem̃ dãna ſunt abſqꝫ voluntate:⁊ dãnum abſqꝫ volūtate infortuniū:dãnum aūt qđ fit cū volūtate:ſed abſqꝫ malitia:imo ꝓpter ignorantiã eſt ex peccato facilitatis:qñ fuerit hec ignorãtia ex eo que in eo eſt nõ ignorare vel ſcire:ſi vero cã ignorãtie fuerit ab extra:tūc eſt infortuniū purū:hec igr̃ ſunt dãna q̃ fiūt ex ꝑuatiõe ſcie ẜm dãna q̃ fiūt a ſcia:verūtñ nõ a p̃cogitatiõe vel cõſilio:vt qđ fit a multis ex accñtibꝰ neceſſarijs vel nãlibꝰ.hi.n.iſto mõ inferētes dãnū iuſtitiam faciūt:nõ tñ ꝑ hoc iniuſti ſunt ẜm veritatem:eo ꝙ neceſſariū qđ eſt cã hic eſt abſqꝫ malitia illa:ꝓꝓ quã dr̃ de faciēte iniuſtitiã ꝙ eſt iniuſtus ẜm veritatē Et ꝓꝓ iſtud quidã antiquoꝝ nõ iudicabat eū qui per irã faciebat factū dãniferū ⁊ ignoſcebat iraſcēti:iđ ꝙ videbat ꝙ principiū quidē actiõis erat ex ꝓuocatore ire nõ ex iraſcēte:cū per factū turpe iniurioſe ꝓuocaret eum ad iram:⁊ ꝓpter hoc nõ cõtendūt corrizantes in iudicio de facto qñ fuerit dãniferū ex parte ire ſi dãniferū vel non:imo ꝯfitetur hic factor ipſe:ſꝫ cõtendūt ſi iuſtitia:aut nõ. Conatur itaqꝫ factor probare ꝙ ſit iuſtitia: ſꝫ inficiatur paſſis profit iuſtitia:⁊ hoc qm̃ hões cõcedunt ꝙ ille qui cogit in cõnegotiationibꝰ ſociū ſuū ad iraſcēdū eſt malicioſus:⁊ qm̃ iraſcens non facit dãnū ex parte malitie:⁊ ꝓpter hoc confitetur dãnū inferēs factū quēadmodum diximus:⁊ dicit ꝙ ſit iuſtitia:ſꝫ aduerſarius improbat eſſe iuſtitiã:immo eſſe iniuriã:⁊ tertia ſpēs eſt damnū qđ fit ex precedēti cõſiliatione:⁊ iniuſtus ẜm hūc modū eſt iniuriator in veritate cū ex ꝓpoſito venerit abſqꝫ ꝓportione in rebus in quibus eſt iuſtitia per ꝓportionē:aut abſqꝫ equalitate in rebus in quibus eſt iuſtitia per equalitatē. Et propter hoc iuſtus in his in veritate eſt ille actionē cuius precedit electio. Juſtus aūt qui opponitur predictis duabus ſpeciebus in iuſtitia:intendo eū qui facit iniuſtitiaꝫ inſciēter:aut propter paſſionē vincentē ipſum: nõ eſt iuſtus ẜm veritateꝫ. ¶ D. Et ẜm quaſdã ignorantiaꝝ ignoſcitť ex ignorantia dãnū inferenti:ſꝫ quoſdam vero nõ. Et ẜm quas nõ ignoſcitur ſunt ille que fiunt ex parte omiſſionis vel diſcipline:aut quarū ipſemet cã exiſtit:vt in diſpoſitione ebrieta

tis:ſm quas vero ignoſcitur ſunt fientes per occaſionē naturalem:aut propter occaſionē accidentalem.

Capitulū decimumquintum.

Ambiget vero quiſpiam an ſufficienter determinatū ſit circa faciendum patiendumq; iniurias. Primum A quidem ſi eſt vt Euripides inquit:dicens quomodo ipſe matrem occidi meā:breuis eſt ſermo. Volēs volentē:aut volentem nolēs. Utrū ne reuera fieri poſſit vt volēti iniuria fiat vel nō:ſed oē tale ſit inuitū vt facere iniuriaȝ voluntariū eſt:⁊ an oē ſic eſt:vel hoc voluntarium: illud inuoluntarium:eodem modo ⁊ cum quis iuſta patitur:nam in agendo iuſta ſemper voluntarium eſt. Quare conueniens eſt oppoſitum ſimiliter eſſe:⁊ iuſte ab alio corrigi:aut voluntarium:aut inuoluntarium eſſe: abſurdum fortaſſe videbitur: ⁊ dum iuſte corrigitur quis totum eſſe voluntarium. Nam quidā non ſponte corrigunt: nā de illo quoq; quis ambigat vtrum omnis qui patitur iniuſta ei iniuria fiat:vel in patiendo ideȝ fit:quod in agendo ac fieri poſſit:vt vtriq; participes ſint iuſtorum ſm accidēs: ſimiliter ⁊ iniuſtus. Non enim idem eſt iniuſta agere ⁊ iniuriari ⁊ iniuſta pati:et iniuriam accipere:eodem modo et in agendo iuſta ⁊ patiendo. Impoſſibile eſt enim accipere iniuriā non inferente:aut iuſte corrigi non iuſte agente:q; ſi iniuriam facere eſt ſimpliciter aliquem volentē ledere:⁊ volētem aut ſcientem:quem ⁊ quo ⁊ quomodo inconueniens vero ſeipſum volens ledit volenti iniuria fit: ⁊ ſibi ipſi quis iniuriari poteſt. Preterea volens quis ab alio per temperantiā leditur:quod ſi eſt ita volenti iniuria fit:vel nō recta diffinitio eſt:ſed addendum eſt q; ledat:ſciēs quem ⁊ quo ⁊ quomodo:preter illius voluntatem. Leditur quis igitur volens ⁊ iniuſta patitur. Verūtamen nulli volenti iniuria fit: nullus enim vult: ne intēperans quidem:ſed preter voluntateȝ id agit. nullus eñ vult id quod non putat frugi. Inconueniens autem quod non putat agendum id agit:ſed qui ſua donat vt Homerus de Glauco ſcribit dediſſe cum Diomedi arma aurea pro ferreis centeni precij p nouem huic iniuria non fit. Nam in ipſo eſt donare: ſed vt fiat ſibi iniuria in ipſo non eſt:ſed oportet eſſe qui inferat. Accipere igitur iniuriam quod non voluntarium eſt patet.

Reſtat inſuper vt de duobus prius aſſumptis dicamus. B Utrum iniuriatur qui plus tribuit preter dignitateȝ: an qui plus accepit: ⁊ vtrum ſibiipſi quis valeat iniuriari. Si enim recipitur prius dictum qui tribuit iniuriatur: non qui plus habet: ſed ſi quis plus alij tribuat q̃ ſibi ſciens et volens hic ſibiipſi iniuriatur. Quod quidem vidētur boni ⁊ equi

facere. Nam bonus ⁊ equus vir in diminutione eſt vel non hec ſimpliciter. Nam alterius boni plus appeteret vt glorie vel ſimplicis honeſti: preterea ſoluitur per diffinitionem iniuriandi nihil preter ſuam patitur voluntatem. Itaqꝫ per hec quidem iniuria ei non fit: ſed ſiquidem lenitur ſolum. Manifeſtum eſt autem ⁊ ꝙ tribuens iniuriatur ſemper ac non is qui plus habet. Non enim quo iniuſtum eſt: iniuriã fecit: ſed quo ſciens hoc agit. Hoc autẽ vnde principium actus quod eſt in tribuente non in accipiẽte. Preterea ſi facere pluribus modis dicitur: ⁊ eſt vt inanimata occidere ⁊ manus ⁊ ſeruus iubentis: non iniuriatur quidẽ: facit tamen iniuſta. Adhuc ſi ignorans iudicauit non iniuriatur ſecundum ius illud quod eſt ex legibus: nec iniuſtum iudicium eſt: ſed eſt vt iniuſtum. Aliud eſt enim iniuſtum quod ex legibus eſt: ⁊ primuꝫ quod ſi ſciens iudicauit iniuſte: plus ipſo quoqꝫ appetit vel gratie vel vindicte. Ut igitur ſi quis particeps iniurie foret: ⁊ hic propter ea iudicans iniuſte plus habet. Nam ⁊ qui agrum alij adiudicauit: ⁊ ſi non agrum ipſe: ſed aurum vel argentum ſuſcepit putant homines eſſe in ipſis vtrum iniurientur: atqꝫ ob id facile iuſtum eſſe quod certe non eſt ita: nam coire cum vxore vicini: et pulſare proximum ac manu tradere argentum perfacile eſt: neqꝫ in ipſis. Uerum ſic ſe habẽtes hoc agere nec facile eſt: neqꝫ in ipſis. Eodem modo cognoſcere iuſta et iniuſta nullam ſapientiam putant: quoniam de quibus rebus leges loquuntur eas res non difficile eſt intelligere. At non ſunt hec illa iuſta niſi per accidens ſed cum certo fiunt modo: et certo modo tribuuntur: tunc iuſta ſunt. Enimuero hoc maius negocium eſt quam ſcire illa que pertinent ad ſanitatem. Nam et tibi quidem mel et vinum et helleborum ⁊ aduſtionem et ſecationem ſcire perfacile eſt: ſed quemadmodum ad ſanitatem tribuenda ſint: et cui et quando tanta eſt difficultas: quanta eſt medicum eſſe: propter hoc ipſum iuſti quoqꝫ nihilominus eſſe putant iniuriari: quia non minus: ſed magis poteſt quodlibet horum iuſtus facere: nam et coire cum muliere et pulſare. ⁊ fortis clypeuꝫ relinquere: ⁊ in vtramuis partem currere: ſed timidum eſſe: ⁊ iniuriari non eſt hec facere niſi ſecundum accidens: ſed ſic ſe habentem hec facere eſt: quemadmoduꝫ ⁊ mederi ⁊ ſanare non eſt incidere vel non incidere: aut pharmacum dare vel non dare: ſed iſto modo. Sunt enim iuſta in his que participia ſunt ſimpliciter bonorum: habet vero in his exceſſum ⁊ defectum. Quibuſdam enim nullus eſt exceſſus vt fortaſſe dijs. Quibuſdam vero nulla pars vtilitatis vt inſanabilibꝰ ⁊ improbis: ſed omnia nocent. Quibuſdam vero aliquatenus: ꝓpterea vero humanum eſt.

Onſequens vero fuit dicere de bono ⁊ equo quē
8 ſo:lʒ hoc videatur inopinabile:qō pꝛimo oſtendit ſm̄ rationem plurium p exemplum de creditoꝛibus qui ſimiles videntur benefactoꝛibus ⁊ debitoꝛibus qui beneficiati ſcdo refutata dicta rōne exemplum de creditoꝛibus:q̄ ipſoꝛum non eſt amatio. aſſignat cauſam naturalem que eſt q̄ omnes naturaliter diligunt pꝛopꝛia opera ⁊ plus econuerſo: beneficiatus autem eſt benefactoꝛis opus:deinde q̄ cauſa huius qō eſt naturaliter diligere pꝛopꝛia opera eſt q̄ omnes naturaliter diligunt eſſe quod eſt in viuere ⁊ operari:⁊ ſic operantis eſſe ⁊ actu bonum eſt in ſuo opere vel magis ſuum opus: ⁊ ſic benefactoꝛ in beneficiato ⁊ non econuerſo: niſi q̄ conferens beneficia

ti eſt in benefactore:ſed conferens eſt minus bono: poſtea ꝙ cum tria ſint delectabilia.ſ.cõmitio preſentis:ſpes futuri:memoria preteriti. prima eſt delectabiliſſima ac per hoc maxime amabilis.vñ cum beneficiatus ſit preſens opus benefactoris:benefactor vero vtile beneficiati iam preteritũ plꝰ amat benefactor ꝙ̃ econuerſo:ꝛ etiam ſi ponatur non pñs: ſed preteritum opus bñficiatus idem accidit ꝓꝑ memoriam bonorum eſſe delectabilẽ:vtilium aũt non ſic:ꝛ ita idcꝫ ꝓꝑ operari:ꝛ ſic ſuperexcellere qđ hꝫ benefactor in bñficiato plus amari:ꝛ inter ꝓꝑ magis laborioſum eſſe benefacere ꝙ̃ bene pati:laborioſus vero parta magis naturaliter diligit. D.

ET videt ꝙ benefici amplius diligant: quibus bñfaciſit ꝙ̃ illi beneficos:ꝛ eſtimatur hoc eſſe ſm rationem:apparetqꝫ eius cauſa in pluribus:etem̃ beneficus amat eum qui benefacit incipiens ex ſeipſo.ille autem tenetur ad amorem ratione accepti beneficij: ꝛ beneficus: ꝛ cui benefit ſimulantur accommodanti ꝛ cui fit accommodatio. debitor enim ſcꝫ qui recipit accommodatum nollet permanentiaꝫ creditoris.anxiatur enim ex eius viſitatione ſemper ſuſpicans crediti repetitionem. creditor vero debitoris exoptat ſalutem.ſimiliter eos quibus benefaciunt deſiderant ſaluos conſiſtere:vt illi qui dant quod eſt inter manus ipſorum.beneficiati autem econuerſo:vt pote onerati debito: qui autem anxiantur ex ſatiſfaciendo debito/ſcꝫ qui receperunt beneficia fortaſſis non referunt grates benefactoribus niſi eo ne aſſimilentur malis: ꝛ arguantur ab hominibus ex ingratitudine.etenim plures hominum non recordantur accepti beneficij:ꝛ deſiderium eos vt benefiat eis amplius eſt ꝙ̃ vt ipſi benefaciant: ſunt igitur minus diligentes ꝙ̃ benefici. ¶ Dixit. Et forſan putabitur ꝙ cauſa in hoc ſit naturalis:intendo ꝙ homo/cupit naturaliter vt fiat ei bonum magis ꝙ̃ faciat bonum. ¶ D. Et non ſimulantur benefici creditoribus etenim non eſt in credendo dilectio:non em̃ querunt creditores ſaluteꝫ debitorum niſi cauſa recipiendi creditum ab ipſis. benefactores autem diligunt quidem quibus benefaciunt etiaꝫ ſi in nullo ſint profecturi per ipſos neqꝫ in pñti neqꝫ in futuro:habẽt autẽ ſe bñfici ad eos quibus contulerũt beneficia:ſicut artifices ad ſua artificiata:omnis em̃ artifex amat opꝰ manus ſue plus ꝙ̃ amet operatum ab altero: ſicqꝫ fuerit artificiatum animatum:tunc eſt multo dignius hac intentione. ¶ D. Et forſan plus accidit iſtud in poetis:etenim iſti excedunt in dilectione carminum que operantur:/eſtqꝫ dilectio ipſorum ad ſua carmina:ſicut dilectio parentum erga filios:ſimile huic accidit beneficis cum beneficiatis ab eis: eſt namqꝫ beneficium opus ipſorum: quemadmodum opus artificis eſt artificium: immo iſti diligunt eos quibus benefecerunt amplius ꝙ̃ factor ſuum factum: intendo ꝙ̃ artifex artificium ſuum:ꝛ cauſa in hoc eſt:intẽdo vt diligat factor factum ſuum:quoniam eſſentia:intendo quiditatẽ hominis:electa eſt apđ omnem:ꝛ dilecta:ꝛ eſt complementum ꝛ decor actu.effector nempe operis exiſtit quidem ſm perfectionem ſui vltimam per operationem: diligit igitur operatione rationem dilectionis eſſentie/ſue:intendo quiditateꝫ ſuam que completur per operationem. ꝛ iſtud eſt naturale homini. exiſtentiam enim eſſe abſqꝫ operatione eſt eſſe potentiale.igitur omne opus eſt amatũ vniuerſaliter propter hanc cauſam:ꝛ excellit cum hoc opus beneficij cetera omnia:intendo ineſſe ipſum amatum opifici:eo ꝙ optimum operationum:ideoqꝫ letatur ille cui eſt iſta actio.non eſt autem beneficiato ſimilis huic actioni apud beneficium vt amet ipſum vt eſt amatus niſi ſit beneficiatus melior beneficio aut ſimilis ipſi: ꝛ itaqꝫ beneficiatus minus

delectatus ⁊ diligẽs benefico.❡D.delectatio autẽ in actionibus delectabi
libus que quidem fiunt in tẽpoꝛe pꝛeſenti:exiſtit in ipſomet actu. que autẽ
in futuro in ſpe:intẽdo in ſeparatione ꝙ exeat in actum: que vero in pre-
terito in rememoꝛatione:intẽdo in rememoꝛatione exitus eius ad actum.
❡D. Et actio beneficij ex parte qua ẽ bona ⁊ decoꝛa manet in memoꝛia fa-
ctoꝛis ⁊ pꝛolongatur tẽpoꝛe eius. pꝛoficuum autẽ pꝛoueniẽs ex ea benefi-
ciato finitur velociter:⁊ recoꝛdatio eius abbꝛeuiatur ⁊ modica eſt delecta-
tio ex eius recoꝛdatione cui non eſt per permanentiam: actus autem boni
delectatio eſt multa ⁊ rememoꝛatio eius longa. delectatio vero ſpei videt̃
ꝙ ſit diuerſa delectationi pꝛeſenti:intendo qm̃ delectatio pꝛeſens permuta
tur:delectatio vero ſpei eſt permanens.❡Dixit.Et vr̃ ꝙ dilectio cũ actione
redilectio vero cũ paſſione.Etenim dilectio actiõi ſimilis exiſtit:redilectio
vero paſſioni actio vero magis eſt dilectiua q̃ꝫ paſſio: intendo ꝙ diligẽs ſi
milatur agenti:dilectus vero patiẽti.Amplius oẽs quidẽ hoĩes diligũt qđ
habuerũt cum multo laboꝛe plus eo qđ cum facilitate:vt puta pecuniarum
adeptionẽ.etenĩ eas illi qui laboꝛioſe acquiſierũt plus amant eas q̃ꝫ illi q̃
bus in ſaluo acceſſerũt:vel hereditarie poſt moꝛtẽ anteceſſoꝛũ:vel poꝛtiona
liter in vita eoꝛum:vel modo alio conſimili:⁊ bonitas vel decoꝛ paſſionis:
⁊ eſt illud quod fit beneficiato abſq̃ꝫ laboꝛe eſt.bonitas autẽ vł decoꝛ actio
Matres diligũt filios plꝰ q̃ꝫ ſeipſas. nis ⁊ eſt illud quod a bñfico eſt cũ laboꝛe.item igitur bñficus diligẽtioꝛ eſt
in ſua actiõe q̃ꝫ beneficiatus in ſua paſſione:⁊ pꝛopter hoc ſunt matres ma
gis diligẽtes filios patribus:itẽdo eo ꝙ mr̃es genuerũt filios cũ doloꝛe:pa
tres vero abſq̃ꝫ doloꝛe:matres itaq̃ꝫ diligũt filios plus q̃ꝫ ſeipſas.

❡Capitulũ nonum.

A Eſt autẽ queſtio vtrum quis ſeipſum amare dꝫ ma-
xime:an alium quẽdam. Increpant enim qui ſeip-
ſos maxime amant: ⁊ quaſi turpe ſit amatoꝛes ſui
appellant. Videturq̃ꝫ impꝛobus ſui cauſa facere om
nia:⁊ quãto impꝛobioꝛ ſit tanto magis. Incuſant er
go ipſum ꝙ nihil ab ſe agat. Bonus autẽ vt ꝓpter
honeſtatem ⁊ amici gratia:ſua vero negligit. Ab huiuſmodi ver
bis opa diſcoꝛdant non immerito:aiunt maxime amare opoꝛtere
eum qui maxime ſit amicus. Ille vero maxime eſt amicus q̃ ma-
xime vult bona alicui illius gratia ⁊ ſi nullus ſciat:hec ſunt:maxi
me ad ſeipſum:⁊ reliqua igitur omnia quibus diffinitur amicus.
Dictũ eſt aũt ꝙ ab ipſo cuncta amabilia ⁊ ad alios extendit his
quoq̃ꝫ ꝓuerbia:oĩa eſſe cõia ⁊ equalitas amicitia: ⁊ genu cruri ꝓ
ximũ. Hec aũt oĩa ad ſeipſum maxime exiſtunt. Maxime enim ſi
biipſi quiſq̃ꝫ amicus eſt:⁊ ſeipm̃ igitur amare maxime opꝫ.Dubi
tatur igitur merito quibꝰ opꝫ credere:cũ vtiq̃ꝫ habeãt ſuaſionem
foꝛte igitur hmõi ſermones diſtinguendi ſunt ac determinandi:
quatenꝰ cõtineãt veritatẽ. Si ergo diſtinguemꝰ queãdmodũ ama
toꝛẽ ſui vtiq̃ꝫ accipiunt:foꝛte id erit manifeſtum. Alij igitur in re-
pꝛehenſionẽ ducẽtes ſui amatoꝛes illos vocant qui ſibiipſis plꝰ
tribuunt in pecunijs ⁊ honoꝛibus ⁊ voluptatibus.hec enim com
plures affectant:atq̃ꝫ illis vt optimis omni ſtudio incũbũt. Qua
pꝛopter in certamen illa veniunt. Qui igitur in illis plus habere

pergunt cupiditatibus ⁊ affectibus ⁊ ei parti aie que rõne caret oino inſeruiunt:tales autẽ ſunt ꝙ plurimi: itaq̧ appellatio orta eſt ab eo qd frequẽter fit:⁊ eſt malũ. Juſte igitur tales culpantur. Quod vero ſibiipſis talia tribuentes amatores ſui cõſueuerunt vulgo appellari manifeſtuʒ eſt:nã ſi quis ſtudeat ſemper recta facere ipſe maxime omniũ:aut modeſta aut alia virtute ꝑficaſcẽtia: ⁊ ſemꝑ honeſtum pro ſe magis vſurpet:nemo hũc culpabit:neq̧ vituperabit. Et videbitur is magis ſui amator qui pulcherrima ⁊ maxima bona ſibiipſi tribuit ⁊ inſeruit principaliſſimo ſui: ⁊ in omnibus illis acquieſcit. vt autẽ ciuitas principaliſſimum maxime vr̃ eſſe ⁊ cetera omnia cõuentus:ſic ⁊ hõ ⁊ amator ſui maxime ꝑfecto eſt qui illud amet illiq̧ inſeruit:⁊ continens porro:⁊ incontinens dicitur incõtinendo mentẽ: vel non cõtinendo: quaſi ſit vnuſquiſq̧:ac egiſſe videntur ipſi ⁊ voluntarie que cũ ratione maxime. Quod igit̃ hoc maxime eſt vnuſquiſq̧ ⁊ ꝙ bon⁹ vir maxime hoc amat non eſt obſcurum. Quapropter amator ſui maxime in alia ſpecie eſſet ꝙ illa que reꝑhenditur:tm̃q̧ differret:quãtũ differt viuere ẜm rõnem vel ẜm ꝑturbatiõnẽ:⁊ cupere qd honeſtum eſt vel quod videat̃ ꝓdeſſe. Eos igitur qui circa ꝑclaras res egregie ſtudẽt omnes recipiunt ⁊ laudant:oĩbus vero ad honeſtatẽ ⁊ ad res ꝑclaras tendentibus cõiter quidem oĩbus vtiq̧ aderunt ea que opportuna ſunt. Singulariter autẽ vnicuiq̧ maxime bona ſiquidẽ talis virtus eſt. Quare bonũ quidẽ opʒ ſui eẽ amatorẽ:nam ⁊ ſibi ꝓderit agendo honeſta ⁊ alijs vtilitates afferret:at malum non opʒ:nam nocebit ⁊ ſibi ⁊ ꝓximis prauas ſequẽdo cupiditates. Improbi igitur diſſident illa que agere oportet ⁊ que agit. Et bonus que opʒ hic agit. Omnis eñ mens eligit optimũ ſibi:bonus autẽ mẽti paret. verum eſt aũt id de ſtudioſo ⁊ amicorum gratia ipm multa facere. Et ſi opus ſit ꝓ patria mortẽ ſubire. Abijciet eñ ⁊ pecunias ⁊ honores:⁊ oĩno oĩa quib⁹ hoĩes inter ſe concertant vt honeſtatem aſſequatur. Magiſq̧ volet breui tempore letari vehementer ꝙ longo leuiter:⁊ honeſte vitam agere per vnum annuʒ ꝙ multis annis vtrũq̧ contingat:ac rem vnã honeſtam ⁊ magnã ꝙ multas ⁊ paruas. Obeuntib⁹ autem mortẽ id forte euenit eligunt ꝑfecto rem magnam ⁊ preclarã ſibi pecunias abijcient in quo plura capient amici. aderunt enim amico quidem pecunie:ſibi autem honeſtas: maius vero bonuʒ ſibiipſi attribuit ⁊ circa honores ⁊ magiſtratus eodẽ mõ. Hec eñ omnia amico concedet:nam id ſibi honeſtum ⁊ laudabile: merito itaqʒ videtur ſtudioſus eſſe omnibus preferens honeſtatem. Quinetiam in rebus agendis quandoqʒ amicum preferret ſibi. Eritqʒ pulchrius ꝙ ſi ipſemet agat amico cauſam agendi fuiſſe: in cunctis igitur laudabilibus ſtudioſus videtur ſibiipſi plus honeſti tribuere. Sic igitur conuenit ipſum amatorem eſſe ſui vt di-

ctum eſt:ſed vt vulgo dicitur non licet.

9 ¶Nonum capłm de philantia.i.amore ſui de qua primo dubitat:vtru3 ſit
vituperabilis ſicut quida3 putāt ꝓpter prauos agere oīa ſui ipſorum grā:
epieikes aūt ꝓpter bonū ⁊ amici gratia ⁊ laudabilis vt alij aſſerunt ꝓpter
amādū eē maximemaxīe amicū eē ꝓpter ſibi adeſſe prio ⁊ maxīe eē omnia
quibus amicus determinat̄ ⁊ ad ſe ad alios exiſtēdi: ad cuius ſolutionem
diuidit hoc nomē philantia in ſuas ſignificationes:quarum vna eſt amor
eius quod eſt in nobis irrationale ⁊ ſenſuale ſeu animale:⁊ ſic eſt vitupera
bilis:altera vero amor eius quod in nobis eſt intellectuale ꝙ eſt verus ho
mo:quēadmodum ciuitas eſt princeps ipſius ⁊ ſic eſt laudabilis : deinde
ꝙ intellectus eſt verus homo per continētem ⁊ incontinentē dici ab intelle
ctu tenere concupiſcētiam vel nō et hominem agere que cum ratione fiunt:
quodqꝫ hunc verum hominē diligit maxime epieikes:⁊ ideo principaliter
eſt philantijs obediēs intellectui eligēti ſemper optima ſibi ipſi: nihilomi-
nus tñ amici gratia ⁊ pro patrie ſalute aget quecunqꝫ non praua:licet gra
uia etiam vſqꝫ ad mortem eligens magis pauco tēpore veram dilectione3
intenſum ⁊ vnam actionem bonam magnam:quam multo tēpore remiſſa3
vel plures paruas:ſic quoqꝫ in grauibus ⁊ morte ſuſtinenda pro amico et
patria ſemper plus veri boni tribuens vt honorem:laudem:gloria3:ab ho
minibus ⁊ a deo. D.

Dubitabitur aūt ꝗ potiꝰ ſint diligendi diligētes ſeipſos
aut nō diligētes ſeipſos:quidā enim negant
diligendos eſſe ſemetipſos diligētes:⁊ nominant eos dilectores
ſuimet:vult per hoc ꝙ ipſum ſit res feda:videtur enimqꝫ malitio
ſus ſit ille qui agit omne quod agit propter ſeipſum non ꝓpter
aliū.⁊ qḋ excedit in hoc ſm exceſſu3 in malitia ⁊ vituperatur quidē vir vlti
mo vituperio qñ nihil facit niſi ꝓpter ſeipſu3.virtuoſus aūt facit q̄dē gra
tia boni ⁊ addit in actione boni ſm additionē ſuam in virtute. ⁊ facit pro-
pter amicū omittēs qḋ ſuum eſt.¶D.⁊ hoīes ꝯueniūt in hac opinione: ve
rūtñ actiones eorū diſſidēt huic dicto.omnes eñ aſſerūt:qm̄ maxime diligē
dus eſt amicus ⁊ ꝙ dignior vt ſit amicus eſt qui bona vult amico ſuo rōne
amici non rōne ſui ipſius etiā ſi nō ſciat hoc aliquis.¶D.Et vniuerſa que
dicta ſunt in diffinitione amicitie neceſſariā faciūt vnitione3 volūtatis eo
rum ſm ꝙ dr̄ ꝙ vniuerſa bona ⁊ vlr̄ res pertinētes amicitie ꝯueniūt quidē
amico ab amico ſuo.⁊ vt qḋ dr̄ qm̄ volūtas amicorū vna ⁊ ꝙ eis eſt anima
vna:⁊ qm̄ illḋ qḋ amicorū eſt cōmune eſt eis equaliter.Etenim oēs iſte res
nobiles digniores ſunt proportionate viro:eo ꝙ amicus:⁊ ille a quo proce
dunt iſte actiones dignior eſt vt amet ur a ſeipſo ꝗ̄ alteri: eo ꝙ eligibilem
fecit ſeipſum per actiones decoras. ¶D.Et multotiēs heſitatur vter eorū
oportet vt aſſocietur qñ ambo fidi fuerint.intēdo amatorē ſui ipſius:aut ꝗ
non amat ſeipſum.¶D forſan diſſoluetur hec dubitatio diuiſio quotiēs di
citur amans ſeipſum:ſunt enim intētiones cōſimiles in hac intētione erra-
re facientes. Qñ ergo diſtinxeris intētiones conſimiles quas ſignificat di-
ctio vna ſuis terminis erit manifeſtatio earum amplior.¶D.⁊ hac quide3
dictione.intēdo amantes ſeipſos nominantur illi qui appropriant ſibi i-
pſis plꝰ bonorū ⁊ dilectionū corporalium debito:plures namqꝫ hominum
appetūt iſta ⁊ nituntur in ipſa ac ſi ſint optima appetibiliū: ⁊ horum gra-
tia incidūt diſſenſiones inter homines ꝗ ſunt in hac diſpoſitione:⁊ illi qui
dediti ſunt ad iſta gaudēt deſiderijs ⁊ paſſionibus animalibus : itēdo res
proportionatas parti anime beſtiali:⁊ plures hoīum tales ſunt:⁊ iſti ſunt
mali vlr̄ate.⁊ ꝑꝑ hoc cōuenit eis nomē.intēdo propter multitudinē mali

nie ipſoꝝū ⁊ rectū:eſt noīare eū q̄ eſt ſm hanc diſpōnē amātē ſeipſum. ¶D.
Quoniā ergo iā cōſueuerūt plures hoīum noīare eos q̄ dedicant ſe iſtis re
bus ⁊ preeligūt eas amatores ſuūipſoꝝū manifeſtū eſt.qui vero ſatagit fa=
cere qδ facit ſm iuſtitiā:pre cūctis hoībus ⁊ res in quibus eſt tēperētia et
ſimiles iſtis exactionibus virtualibus:⁊ iſte eſt q̄ ſemper facit in ſeipſo bo
num.Foꝛtaſſe ⁊ ſi iſte nō noietur amatoꝛ ſuūipſius apud plures hoīum: di
gnus t̄n eſt hoc noīe:cū iſte appꝛopꝛiet ſibiipſi optima bonoꝝū ⁊ ingētiſſi
ma eoꝝū.Et iſte eſt ex applicatiōe ſui ad illud qδ vere ſuū eſt:⁊ ponit in ip=
ſo ſufficiētiam ſemper ſuā.¶D.⁊ quēadmodū ciuitas que aggregat bona
ſibiipſi reputatur aggregatio veraꝫ magis omni aggregatione:ſic homo
qui acq̄rit ſibiipſi bona humana reputatur habere voluntatē q̄ eſt delitie
vere ⁊ q̄ amat rē veram ſuiipſius:⁊ letatur ex ea eſt digniox noīari amatoꝛ
ſuiipſius.¶D.⁊ cōtinēs ⁊ incōtinēs dicuntur quidē ex pte intellect⁹:conti
nens eīm eſt quē cōtinet intellect⁹ ſuus:⁊ incōtinēs eſt quē nō cōtinet intel
lectus:⁊ dē quolibet iſtoꝝū putatur ꝙ operetur quidē a voluntate ⁊ ꝓcipue
de opatoꝛibus q̄ operantur gr̄a rei alicui⁹:intēdo finē.ſ. ergo eſt cōtinēs q̄
amat honoꝛabili⁹ qδ in ipſo eſt ⁊ ē intellectus:incōtinēs vero diuerſus eſt
ab eo.intēdo q̄m amat q̄dē eē ſuū beſtiale:tūc quāto digniox eſt virtuoſus
vt amet ſeipſm incōtinēte.intēdo eū q̄ eligit cetera deſideria . pp hoc igr̄ no
minatio amātis ſeipſum in dictiōe dicētis amās ſeipſum ſm duas intētio=
nes eſt dicta de eis per cōitatē noīs.intēdo ꝙ due opiones in ipſis ſint di=
uerſe diuerſitate multa:ſicut diuerſificaꝛ nomen vite dictū de vita q̄ eſt ſm
ꝙ opꝫ:⁊ dictū de vita q̄ eſt ſm paſſiones.¶D.⁊ cū ſit cōuenientius homini
deſiderare optima cōuertunꝛ vniuerſi hoīes ad laudādū eos qui nituntur
ad agendū bona ſm ꝙ opꝫ ⁊ ad extollendū eos:q̄n eīm oēs nitunꝛ ad agen
dū optimū ⁊ feſtināt ad ipm erūt res.cōes ſm ſtatū quē opꝫ cōicari:⁊ erūt
res ꝓpꝛie ſꝫ ꝙ cōpetit appꝛopꝛiari cū ſit iſtud de nā ſtudij ⁊ ſollicitudinis
bonoꝝū.¶D.itē igiꝛ opꝫ vt ſit virtuoſus bonus amatoꝛ ſuiipſius: etem̄ ꝓ
ficit ſibiipſi in agēdo bona ⁊ ꝓficit alijs.mal⁹ autē ſm diuerſum iſtius.in=
tendo q̄m obeſt ſibiipſi ⁊ ꝓpinquis ſibi cū ſequaꝛ paſſiones prauas. Inter
hoc igiꝛ qδ cēt agendū maligno ⁊ qδ agit diuerſitas exiſtit multa.virtuo=
ſus aūt agit qδ opꝫ:eo ꝙ intellect⁹ eligit optimū ⁊ virtuoſus obedit intel=
lectui.¶D.cōpetēs autē eſt ⁊ debitū vt hō agat actiones multas gr̄a ami=
coꝝū ⁊ vicinoꝝū ⁊ cōciuiū:⁊ ſi incūbat ei in hoc neceſſitas moꝛiēdi pro ipis
etem̄ cōpetit viro virtuoſo vt elargiaꝛ pecunias ⁊ impēdat honoꝛes : ⁊ vlr
oīa bona ꝓ quib⁹ intēdunt hoīes quatenus lucrenꝛ bonū ſibiipſis. foꝛſitā
enim viro nobili poſt eligendū eſt gaudere gaudio intēſo in tpe modico q̄
gaudere gaudio remiſſo tpe longo:vt ꝙ viuat anno vno peragēs actiones
nobiles venuſtas q̄ ꝙ viuat annis multis agens operationes multas.
¶D. hec eſt dilectio ⁊ opinio eoꝝū qui eligunt moꝛi pro alijs.vident enim Jδ in ꝓlo
q̄m adipiſcūtur in hac hoꝛa breui bonū eximiū quod eſt acceptabilius eis go ſuo ſu
q̄ viuere centū annos ⁊ non adipiſci tale bonum.¶Dixit.⁊ ex facto eoꝝū per.1.⁊ ſu
qui elargiūtur plurimū opum ſuarū amicis accreſcit quidē amicis in opi per.8. ph.
bus:ipſis vero in bonitate ⁊ virtute:cedit igitur iterū nobilioꝛ pars ipſi⁹
⁊ ſimile huic accidit etiam in penſione honoꝝū ⁊ pꝛincipatuum amico.vni
uerſa enim iſta exhibent ⁊ impendūt amico reputantes nobilius hoc quod
loco eoꝛum recipiunt:⁊ quoniam hic eſt laus ⁊ merito facit hoc vir nobilis
et bonus cum exiſtimet per iſtud factum exiſtere virtuoſus et eligat pꝛe
cunctis rebus bona et digna virtute:et per iſtud poſſibile eſt vt diſtribuat
actiones ſuas virtuoſus amico ſuo : et vt ſit pulchꝛioꝛ et melioꝛ apud
ipſum actione ſua actio amici ſui: et hec cauſa ſit amicitie. ¶Dixit. Jam

igitur videtur ex iſto ꝙ virtuoſus qui facit omnia iſta det ſibiipſi plus de bono q̄ꝫ alijs. Per hunc itaqꝫ modum opoꝛtet vt ſit virtuoſus vere amans ſeipſuꝫ vel ſuiipſius: ſꝫ vero ꝙ reputat plures hominū amatoꝛē ſuiipſius.

Capitulum Decimum.

DUbitatur etiam vtrum beatus indigeat amicis vel non. Nihil amicis opus eſſe aiunt beatis et ſufficientib⁹ ſibiipſis: adeſſe enim ſibi bona. cūqꝫ ſibi ſufficiāt nullo pꝛeterea indigere. Amicum vero quaſi alterū ſe ea afferre que per ſeipſum non poteſt. itaqꝫ cū de⁹ abunde ſibi dederit quid opus eſt amicis. Sed videtur abſurdū cum omnia beato tribuantur: amicos non tribuere: quod maximum videtur externoꝛum bonoꝛum: ſiue amici eſt bene potius facere q̄ꝫ ſuſcipere ⁊ eſt boni viri ac virtutis alios iuuare: ⁊ honeſtius eſt benefacere amicis q̄ꝫ alienis. Indigebit ſtudioſus quibus benefacere poſſit. vnde illa oꝛitur queſtio vtruꝫ in rebus pꝛoſperis vel aduerſis magis opus ſit amicis vtpote indigentibus auxilio qui aduerſis pꝛemuntur: ⁊ in pꝛoſperitate conſtitutis quibus conferre beneficia poſſint. Sed eſt foꝛtaſſe abſurdum eum q̄ ſolus ſit beatuꝫ dicere. Nemo enim eligeret cuncta bona poſſidere ſecundum ſeipſum. Nam ciuile animal eſt homo / cum alijs viuere natum. Beato certe hoc exiſtit: nā habet bona nature. Patet autem ꝙ cum amicis ⁊ bonis viris potius viuere volet q̄ꝫ cū extraneis ⁊ quibuſcunqꝫ. Beato igitur opus eſt amicis. Quid ergo dicunt pꝛimi vel quatenus veritatem loquuntur. an quod multitudo eos putat amicos qui vtiles ſint: his autē beatus nequaq̄ꝫ indiget: cum ſibi aſſint bona: vt certe hi qui pꝛopter iocūditatem ſunt amici: vel admodum parum. Cum eniꝫ iocunda ſit nihil indiget externa voluptate: non indigēs autem talibus amicis non videt̄ amicis indigere. At id non eſt verum. Nam dictuꝫ eſt ab initio ꝙ felicitas eſt operatio quedaꝫ. Operatio vero fit vt patet ac non exiſtit quaſi quedam poſſeſſio. Qꝺ ſi feliceꝫ eſſe eſt in viuendo ⁊ operando: boni autem operatio per ſeipſaꝫ ſtudioſa eſt ⁊ iocunda: vt ab initio diximus. Eſt autem ⁊ ꝓpꝛium delectabilium. Contemplari autem ꝓximos valemus magis q̄ꝫ noſ ipſos: ⁊ illoꝛum actus q̄ꝫ noſtros. Actus vero ſtudioſoꝛum qui amici ſunt iocundi ſunt bonis: vtriqꝫ enim habēt ea que ſunt iocunda natura. Beatus pꝛofecto talibus amicis indigebit: ſiquidem contemplari eliget actus iocūdos ⁊ pꝛopꝛios: tales ſunt autem actus boni viri amici. Cenſent vero opoꝛtere iocunde viuere beatum. An in ſolitudine moleſta eſt vita: non enim facile ſecundum ſeipſum ſemper operari: cum alijs vero atqꝫ ad alios facile. Erit igitur operatio continua magis cum ſit per ſeipſam iocunda qꝺ opoꝛtet beato adeſſe. Studioſus eſt qui actibus gaudet q̄ a virtute pꝛoficiſcūtur. Qui vero a vitio eos grauiter fert.

Ciuile aial ē hō cū alijs viuere natū

Quēadmodū

Quemadmodum muſicus eleganti cantu letatur: abſurdo autẽ offenditur. Et ſane virtutis exercitatio quedam conuerſari cum bonis vt Theogius inquit.

¶Decimũ capitulum vtrũ felix indigebit amicis vel non qui non indige 10
re his videtur propter nullo indigentem eſſe: ſed per ſe ſufficientem: ⁊ ecõuerſo his indigere propter amicũ eſſe maximũ exteriorum bonorũ quo in conueniens eſt felicem carere: ipm aũt his habere opus aſtruit per oportere ipm maxime benefacere qđ magis amicis ꝙ alijs ⁊ per fortunatos ⁊ infortunatos amicis indigere ⁊ per non conuenire felicem viuere ſolitarium ꝓpter hominem eſſe politicum ⁊ natũ ꝯuenire qđ melius ſit cum amicis: deinde ꝙ ob hoc videtur aliquibus felicem non indigere amicis: quia non indiget his qui ꝓpter vtile vel delectabile quos ſolos exiſtimant amicos: ꝙꝗ ſtudioſis amicis indiget felix: qꝛ cũ felicitas ſit operatio ⁊ magis poſſumus ſpeculari que ꝓximorum ꝙ propria in amici actionibus videt magis ꝓprias: ⁊ ex his magis operatur ⁊ delectatur: ⁊ qꝛ opꝫ felicẽ delectabiliter cõtinue viuere. i. ſm ꝟtutẽ opari qđ facere ſolitario eſt difficile: cũ amico aũt facilius: qꝛ ex cõuiuere cũ amico ſit coexercitatio virtutis. Dixit.

Dubitatur autẽ de felice an indigeat amicis an nõ. iam enim aſſeruerunt ꝙ viri glorioſi nõ indigeant penitus amicis: ⁊ ſimiliter neꝗ viri abundantie: eo ꝙ habeant vniuerſa bona ⁊ non indigeant cũ abũdantia aliqua re alia. ¶Dixit. ſed non eſt ita. amicus etenim eſt alter ipſe: ⁊ acquirit homo per amicũ ſuuꝫ qđ nõ poteſt ꝑ ſe: ⁊ ex hoc ptꝫ: qm̃ opꝫ vt felix indigeat amicis. ¶D. Et ſimulatur impoſſibili vt ſit felix ille q̇ hꝫ vniuerſa bona ⁊ nõ habeat amicos: cũ hoc reputet̃ maximũ bonorũ entiũ ab extra. ¶D. Et ſi dignius eſt amico vt benefaciat ꝙ vt recipiat bñficiuꝫ: ⁊ magis pertinet virtuoſo benefacere ꝙ pertineat alijs: ⁊ bñfacere amicis melius eſt ꝙ extraneis: ⁊ ſimiliter recipere beneficiuꝫ ab ipſis: ⁊ virtuoſus indiget vt bñfaciat ⁊ recipiat bñficiũ: tũc virtuoſus indiget neceſſario ad hoc vt virtuoſus ſit amicis. ¶D. ⁊ ꝓꝑ iſtud q̄rit̃ an indigeat hõ in ſtatu ꝓſperitatis eis q̇bus bñfaciat ſicut indiget in ſtatu eis q̇ bñfaciãt ipſis. ¶D. Amplius forſitan impoſſibile. vt ſit glorioſus. i. vir ſtatus deſiderati ab hoibus ens ſolitarius fortaſſis: etem̃ nullus eliget vt ſint ei oĩa bona cũ ſolitudine: neꝗ hoc poſſe eſt ei: ⁊ nã eĩ ciuilis hõ: intẽdo qm̃ nõ viuit ſolus imo de nã ſua eſt vt habeat ꝑticipes in vita: ⁊ habẽs ꝑticipes eſt beatus. Etem̃ ille q̇ adeptus eſt bona q̄ ſunt ſm nãm: cũꝗ ſic ſit manifeſtũ eſt ꝙ felici magis pertinet: ⁊ dignius eſt vt ſint dies eius cum amicis ⁊ virtuoſis ꝙ cum extraneis ⁊ contingentibus. ¶D. Jam ergo declaratũ eſt ex hac dictione: quoniam opꝫ vt ſint amici felicibus: ⁊ qñ ſic eſt quid eſt qđ dixerunt antiqui in hoc ꝙ felices nõ indigeãt amicis: ⁊ non eſt ei argumentum ab hoc niſi ꝙ plures hoium vidẽt: qm̃ amici ſunt viri vtilitatis aut viri delectatiõis: ⁊ vir ſtatus deſiderabilis felix nõ indiget viro vtilitatis eo ꝙ ei ſunt vniuerſa bona: et ſimiliter non indiget delectatione: eo ꝙ delectatio vite pauca eſt ⁊ vtilis: ⁊ etiã ipſe nõ indiget penitus delectatione veniẽte ei ab extrinſeco: ſed delectatur quidem in ſeipſo: qñꝗ nõ indigeat amicis ſm hos duos modos putatur non indigere amico oĩno. ¶D. Forſan autẽ nõ eſt iſtud verũ: iam enim ante dictũ eſt ꝙ felicitas eſt actus quis aĩe ſm virtutẽ: vt qm̃ non eſt felicitas in poſſeſſione: intẽdo in habitu a quo ꝓuenit actus: ſꝫ in ipſomet actu: cũꝗ ſit felicitas ⁊ vite ens quidem in actu et ſit actus boni nobilis et delectans per ſe ⁊ ſit quiddã eius ꝓpriũ ipſimet homini et quiddã ꝑtineat

ad alterũ:manifeſtũ eſt:q̄m ſi contentus fuerit hõ actionibus proprijs ſi- bĩpſi poſſibile vt videat ex propinquo aliuꝫ cõpletiorem ſe⁊ actiones plu- res actionibus ſuis:⁊ ſunt actiones bonorum nobilium quando fuerint amici. Etenim iſtorum actiones aggregant vtraſq; ſpecies ſimul: intendo actiones proprias ipſimet factori ⁊ actiones communes non ſunt inter eũ ⁊ alium vt actiones largitatis:⁊ actiones fortitudinis.

Capitulum vndecimum.

NAturalius aũt cõſiderãtibus apparet ſtudioſum amicũ et qui ſtudioſus ſit natura eſſe expetendũ. Nã ꝓdictũ eſt ꝙ natura bonũ ſtudioſo per ſeipſum bonũ eſt ac iocũdũ. Uiuere autem diffiniũt aĩalibus q̃dẽ potẽtia ſenſus:ho minibus vero ſenſus vel intellectus. Potẽtia vero ad operatio- nem referť:ſed principale in opatione eſt. Uidetur autem viuere principale eſſe ſentire vel intelligere. Uiuere autem per ſeipſum bonum eſt ac iocundum. Determinatum vero natura eſt bonum Quod aũt natura bonũ eſt id ⁊ bono viro. Quapropter videre- tur omnibus eſſe iocundum. Hec vero accipere oportet prauam vitam:neq; corruptam:neq; in doloribus poſitam. Nam ea inde- terminata eſt vt ⁊ illa q̃ ſibi inſunt:ſꝫ in ſequẽtibus circa dolores erit manifeſtius. Qꝺ ſi idẽ viuere ⁊ bonum ⁊ iocundum conſtat ex eo quia oẽs illud appetũt⁊ maxime boni viri atq; beati:his ei vita maxime appetenda eſt:⁊ horum beatiſſima vita. Uidẽs aũt qꝺ videt ſentit:⁊ audiens qꝺ audit:⁊ ambulãs qꝺ ambulat: ⁊ in alijs ſimiliter eſt aliquid qꝺ ſentitur quia operamur. Sentimus vero quia ſentimus:⁊ intelligimus quia intelligimus. hoc aũt qꝺ ſentimus aut intelligimus:quia ſumus:nam tale erat ſentire et intelligere. Sentire autem ſe viuere per ſeipſum iocundum eſt:nã natura bona eſt vita. Sentire vero quod ſibi bonum aſſit iocun- dum eſt. Expetendum eſt autem viuere ⁊ maxime bonis:q̄ꝛ eſſe il- lis bonum eſt ⁊ iocundum. Sentientes enim bonum per ſeipm̃ letantur. Ut autem ſtudioſus erga ſeipm̃ hꝫ ita erga amicũ. Nã amicus eſt alter ipſe. Ut igitur eſſe ſe iocundum eſt cuiq; ſic et amicum aut prope. Eſſe autẽ erat expetendum ꝓpter ſenſum ſui boni exiſtentis:talis vero ſenſus per ſeipm̃ iocundus eſt. Conſen- tire igitur oportet ⁊ amicum quia ſic. hoc aũt in vſu ac ſocietate verborum ⁊ voluntatis. nam ſic dicuntur hoĩes ſimul viuere: nõ quẽadmoduꝫ in pecudibus ſi ſimul paſcantur. Ergo ſi beato ex- petendũ eſt viuere per ſeipſum bonum natura exiſtens ⁊ iocun- dum. amici autem ꝓ primum eſt:⁊ amicus certe expetendorũ eſſet Quod autem eſt ſibi expetendum id opꝫ illi exiſtere:vel hac defi- ciẽs erit. Indigebit ergo q̇ felix futurus ſit ſtudioſus amicis.

ᵃ D Expetendũ ẽ viuere ⁊ maxime bõis.

11 Undecimum capitulum in quo probat idem. ſ. felicem indigere amicis: ex his que natura nobis aſſunt. ſ. ex virtute ſm̃ operationem eſſe natura ꝑ ſe bonorum et delectabilium:⁊ per hoc per ſe eligibilium:viuere autẽ eẽ ſentire ſe viuere:ſentire autem ſe viuere maxime fieri in conſentire amicuꝫ

viuere ideſt ſecundum virtutem operari: interſerit autem probantia: quoniam eſſe noſtrum in corpore eſt viuere ⁊ ſentire ⁊ intelligere: quoniam viuimus ⁊ ſentimus ⁊ intelligimus: ⁊ quoniam vere eſſe ⁊ viuere eſt ſecundum virtutem conuerſari. ¶Dixit.

Fortaſſis autem ſecundum hanc dictionem iam putabitur q̄ oporteat vt accipiantur amici ſecundū ſuperfluitatem: aut dicetur in amicitia: quemadmodum dicitur in hoſpitalitate]. Etenim videtur quemadmodum non oportet vt hoſpitalitas tota: aut plurimum ipſius ſit erga extraneos aut non ſit omnino hoſpitalitas erga eos: ſed vt ſit ſecundum quendam modum medium: ſic oportet vt in amicitia: intendo quoniam non oportet vt ſit homo penitus abſq; amico: neq; oportet vt ſit ei multitudo amicorum ſuperflua. ¶Dixit. Et hec dilectio verior eſt in amicitia que fit ratione vtilitatis ⁊ delectationis. iſta namq; amicitia requirit remunerationem ſiue ſatiſfactionem inter iſtos: ſatiſfactio autem ſeruitus eſt: ⁊ ſeruitus multis laborioſa eſt valde: ⁊ non poſſibilitas in vita vt agantur in ea huiuſmodi actiones: ⁊ plures occupati ſunt ſemper ex parte nature p̄ id in quo eſt ſufficientia victui ⁊ vite ſue: ⁊ operantur ⁊ inſudant vt viuant vita bona: ⁊ vt non agant p̄ ſeipſos ſed per alios: ⁊ totū iſtud ſignificat ſuper paucitatem deſiderij ſeruitutis naturaliter.

¶Capitulum duodecimum.

Num igitur quāplurimi nobis parandi ſunt amici vel A quemadmodum in hoſpitalitate eleganter dicitur: neq; multos habendos eſſe hoſpites neq; ſine hoſpitib eſſe: ſic ⁊ in amicitia nec ſine amico eſſe oportet: neq; rurſus multitudinem amicorum exceſſiuā habere. his porro qui vtilitati ſtudent nimis videretur id dictum conuenire: nam multis viceuerſa inſeruire laborioſum eſt: neq; illis ad hoc agendum vita ſufficeret. Multitudo itaq; illa que ad vitam pertinent valde moleſtant: atq; impedimento ſunt ad bene viuendum: non ergo opus eſt illis. Ad voluptatem quoq; ſufficiūt pauci; quemadmodum in epulis id quod gratiam habet: ſtudioſos vero vtrum quamplures habere oportet: an eſt aliquis terminus multitudinis amicorum: quemadmodum ciuitas: neq; enim ex decem hominibus ciuitatis conſtitui poteſt: neq; ex decies centenis millibus amplius ciuitas fo- B ret. Quantum vero non eſt forte vnum aliquid: ſed totum id quod eſt medium quorundam terminorum: ⁊ amicorum igitur eſt terminata multitudo: ⁊ fortaſſe cum quampluribus quis viuere poteſt: hoc enim precipuum amicorum videtur eſſe. Quod autem non poteſt quis ſe impartiri multis ⁊ vna cum illis viuere non eſt obſcurum. Preterea illos oportet eſſe amicos qui debeant omnes quotidiano vſu verſari: hoc autem difficile eſt in multitudine: difficile etiam vt multi vna letentur et doleant. Accidere enim poteſt vt ſimul alter doleat: alter letetur: forſan igitur bene eſt non querere amicos quamplurimos: ſed

quot ad vitam ſufficiant. Uidetur enim fieri non poſſe vt mul-
tis vehementer quis ſit amicus. Itaqꝫ nec plures amare: exceſ-
ſus enim quidam vult eſſe amicitie: hic autem ad vnum eſt ⁊ ve-
hementer igitur ad paucos. Sic autem videtur ⁊ in rebus ſe ha
bere. nō fiunt enim amici plures ſm ſodalitiam amiciciam ⁊ que
famoſe ſunt in duobus dicuntur. Qui vero multos parant ami-
cos ⁊ omnibus familiariter ſe prebent nullius videntur amici: ni
ſi ciuiliter hi quos vocant placentes. Ciuiliter igitur eſt multis
eſſe amicum: etiam ſi non ſit placens: ſed vero bonus ⁊ human⁹
vir. Per virtutem autem ⁊ propter ſeipſos nō eſt ad plures. Be-
ne igitur agi putandum eſt ſi vel pauci tales reperiantur.

12 ¶Duodecimū cap. ꝙ nō opus eſt multum multis amicis in aliquo gene-
re amicitie: qꝛ in amicitia que ꝑꝑ vtile nō eſt opus multis ꝑꝑ nō ſufficere
vnū multis reminiſtrare: ⁊ ꝑꝑ multos eſſe impeditiuos ad bene viuere ne-
qꝫ in ea q̄ ꝑꝑ delectabile: qꝛ multitudo facit īdelectabile: ſed nec in ea q̄ ſtu
dioſoꝝ ꝑꝑ nō plures oportere eſſe q̄ꝫ cū quib⁹ poterit quis cōuiuere: quod
nō poteſt facere cū multis: ⁊ propter oportere amicos vni eſſe amicos ad-
inuicem qđ exiſtere in multis eſt difficile: ⁊ propter oportere cōgaudere et
cōdolere amicis: qđ ſi fiat multis accidet ſimul ambo facere: deinde ꝙ tot
querendū amicos quot in cōuiuere ſufficiunt: ꝙqꝫ amare amore: qꝛ heros
dicit̄: qꝛ eſt in ſuperabūdātia eſt ad vnū: valde autē amare ad paucos pro
pter qđ amicitia ad vnū vel paucoꝝ: tādē ꝙ poliphili nulli ſunt amici pla
cidos tamē ⁊ etiā epicikes contingit eſſe politice amicos multis: ſed non
ſm verā amicitiā: qđ eſt ſm intenſe ⁊ valde amare. Dixit.

AMicorum autē qui recipiunt̄ delectationis cauſa pauci
ſufficiunt. ipſi enī ſunt tanq̄ꝫ condimentū ciba
rijs. in amicis vero virtuoſis locus perſcrutationis eſt: an opꝫ vt
ſint multi ſuperflue: aut numer⁹ quidā eſt multitudinis amici-
tie ſicut eſt ciuitatis. Etenim ſicut nō fit ciuitas ex decē viris: ne-
qꝫ etiā ex decē centenis milib⁹ ſilr̄ eſt in re amicorū: intēdo vt ſit eis nume
rus determinat⁹ inter paucitatē ⁊ multitudinem. ¶D. Et fortaſſis nō erit
numer⁹ iſte vnus ⁊ idē in oī locoꝛ in oī hora: ſed determinat̄ per hoc vt ſit
ſemper inter res terminatas q̄uis diuerſificet̄. ¶D. Et forſitan melius eſt
vt nō requirat aliquis in hoc numero multo vt ſint amici eius valde: ſed
ſm menſurā in qua eſt aſſociatio in vita. videt̄ enī impoſſibile vt ſint vni
amici multi. ⁊ ſint cuꝫ hoc in fine amicitie. ⁊ ꝑꝑ hoc neqꝫ poſſibile eſt vt ſint
vni amaſio multe amaſie. vel ecōuerſo: amor nāqꝫ excellus eſt: ⁊ vehemen-
tia dilectionis vnius quidem eſt: nam indiuiſibiles. Amplius qꝛ vehemen
tia dilectionis nō inuenit̄ quidē niſi paucis hominū: ideoqꝫ nō poſſunt eſ
ſe multi amici in fine amicitie. ⁊ ꝑꝑ hoc forſan nō erit multitudo amicorū
in amicitia perfecta: qm̄ amicitia perfecta precedēns honorabilitatis eſt
quidē inter duos tantū de multis amicis ex hominib⁹: ⁊ ſunt illi qui ſibi
occurrūt prout opꝫ nō videt̄ ꝙ ſint amici: vt illi qui accipiūtur cōuenien-
tes ⁊ nominant̄ cōuenictes. ¶D. verūtamen per modū amicitie ciuilis: in
tendo ſupplementū in aggregatione ciuili poſſibile eſt vt ſit amicus vnus
multis preterq̄ꝫ vt hoc ſit ex parte conuenientie: ſed ex parte debiti ⁊ oppor
tunitatis: vt autem ſit vnus ratione virtutis amicus multis: intendo pro-
pter ſeipſos non eſt poſſibile: etenim amatum apud iſtum paucum eſt: co
ꝙ amatum apud eos virtuoſus eſt: virtuoſi vero pauci. ¶Cap. 13.

Sed vtrum in rebus aduerſis magis opus eſt amicis: an
in proſperis: in vtriſq; em̄ querunt. Nam ⁊ qui in aduer A
ſis ſunt indigent auxilio: ⁊ qui in proſperis indigēt his
qui ſimul viuāt ⁊ quibus benefici eſſe poſſunt: volūt em̄
benefacere. At em̄ magis neceſſariū eſt in aduerſis: quap̱p̱ vtili
bus indigent. Honeſti⁹ vero in proſperis: quap̱p̱ bonos ⁊ huma
nos querunt. Nam his benefacere ⁊ cū his viuere magis expetē
dum. Etenim aſſiſtentia amicorū iocunda in proſperis ⁊ aduer
ſis. Nā ⁊ releuantur afflicti amicis condolentib⁹. Itaq; dubita
ret fortaſſe aliquis vtrū tanq̄ onus ſimul ſuſcipiāt vel id quidē
non: ſed q2 eorū p̱ſentia iocunda eſt: ⁊ q2 ſimul dolere intelligū
tur: amici dolor minuatur. Sed vtrum propter hoc vel p̱p̱ aliud
quiddā releuātur dimittamus. Conſtat certe euenire id quod di
ctum eſt. Uidetur eorū preſentia mixta quedā eſſe. Nam ⁊ aſpe
ctus ipſe amicorū dulcis: preſertim in rebus aduerſis: ⁊ plurimū
valet aduerſus dolorem: afferunt enim ſolatium ⁊ aſpectu ⁊ ſer
mone: ſi modo ſit aptus. Nouit enim amici naturā ⁊ quibus gau
deat: quibuſq; angeatur. Sētire autem cōdolentē in ſuis aduer
ſitatibus doloroſum eſt. Omnes enim fugiunt ne cauſa doloris B
ſint amicis. Quapropter qui natura viriles ſunt cauent ne ami
cos ſimul dolore conficiāt: ⁊ ſi non excedit indolentia illorum do
lorem non tolerāt: nec conquerentium voces ſuſtinent: quia nec
ipſi queruli ſunt. Mulieres vero ac huiuſmodi homines condo
lentibus gaudent: ⁊ qui hoc agunt amant vt amicoſ. Imitari
oportet in omnibus meliorē. In rebus autem proſperis amicoꝝ C
p̱ſentia eſt iocunda: ⁊ mentem delectat: qm̄ illius bonis letatur
quapropter videtur oportere in proſperitatib⁹ prompte conuo
care amicos cum honeſtū ſit benefacere. In aduerſitatib⁹ autē
tarde: nam malorū decet q̄ minime eos participes facere. Unde D
illud dictum extat. ſatis eſt q; ipſe calamitatibus p̱mor. Potiſſi
me tamen vocādi ſunt amici quotiens magna nobis cōmoda cū
parua ipſorū moleſtia poſſunt afferre. Sed ire contra fortaſſe de
cet ad eos qui in calamitatibus ſunt inuocatū ⁊ prompte. Nam
amici eſt benefacere ⁊ maxime indigentibus ⁊ nō inquirentibus.
Ambobus enim id honeſti⁹ ⁊ iocundius. In proſperitatib⁹ autē
cooperari prompte: nam in his opus eſt amicis. Ad beneficia ve
ro conſequenda tarde cum honeſtum nō ſit properare cauſa ſue
vtilitatis. ⁊ cauendum ſit ne in properando moleſtus eſſe pergat E
qđ nōnunq̄ accidit. p̱ſentia igit̄ amicorū in cūctis reb; optāda.

¶ Tertiūdecimum capitulū vti in bonis fortunis vel infortuniis magis 13
opus eſt amicis: quod ſoluit dicens q; in infortuniis eſt magis neceſſari⁹
amicus propter indigere auxilio: in bonis vero fortunis melius eſt pro
pter habere quibus benefaciat. deinde q; in vtriſq; fortunis eſt preſentia
amicorum delectabilis: in malis quidem propter alleuiari condolentibus

amicis.q̄ꝫ i fortunijs amicoꝝ pſentia mixta eſt habēs delectationē ex cō
ſolatione ⁊ viſu ⁊ collocutione amici:⁊ triſtitiā ex eo ꝙ amicus cōtriſtatur
ipſi cū virilis nō velit quēꝫ triſtari nec querat cōploratores:in bonis ve
ro fortunis eſt preſentia amici delectabilis propter delectabilia eſſe vtriſꝫ
vtroꝝꝫ bona:propter que opꝫ ad bonas fortunas prompte vocare ami
cos:ad infortunia vero pigritāter niſi cum multū accidat vocatos per pa
rum turbatos multū iuuare ecōuerſo autē amicos ad infortunatos inire
prōpte nō vocatos vt iuuent ad bene.fortunatos vero vt cooperent ⁊ col
laborent nō vt bene patiant ab ipſis ne forte ⁊ hoc ſit onerosum:ſed imper
fecta amicitia:q꞉ perfectorū preſentia ſemper eſt eligibilis. Dixit.

Queritur autē an indigeat plus amico in ſtatu bono aut in
ſtatu malo.naꝫ in vtroꝫ ſtatuū indigetur amicis:
in malo vt habeatur ab ipſis ſubſidiū: in bono vt impendat eis
beneficiū.amant enim in bono ſtatu exiſtētes vt habeāt cui im-
pendant notoriū.Attamē apparet ꝙ homini in ſtatu malo mul
to neceſſariores ſunt amici:⁊ propter hoc indiget tunc amicis apud quos
eſt vtilitas.In ſtatu autem bono eſt homo cum amicis melius : indigentia
ergo amicorū in aduerſitatibus eſt propter neceſſariū:in proſperitatibus
autē propter melius : ideoꝫ viri illuſtres decoris ſtatus requirunt viros
bonos ⁊ demeritos quibus benefaciant.talibus enim beneficiorū impen-
ſio eligibilior eſt q̄ꝫ alijs : ⁊ ſimiliter eſſe cum illis ⁊ preſentia amicorū per
ſe letificans eſt in hora ſtatus proſperitatis:⁊ in hora ſtatus aduerſitatis:
eo ꝙ illis qui ſunt in triſtitia aufert triſtitiā cōmunicatio amicoruꝫ eis in
illa triſtitia.¶Dixit.Et propter iſtud forſan excitabit aliquis ⁊ queret an
amici faciant iſtud eo ꝙ diuidant triſtitiā ⁊ accipiant eam ab amico ſicut
accipit ab onerato quiddā oneris ſui ⁊ alleuiat ipſum propter hoc. ¶Di-
xit attamen apparens eſt ꝙ cauſa in hoc eſt:quoniā cum ſit amicorū aſſo-
ciatio letificans:⁊ preſentia ipſorū delectans efficit intellectus in preſen-
F tia eorum triſtitiue minorem q̄ꝫ exiſtat res contriſtans . ¶Dixit ſi autem
alleuient quidē contriſtatū per hanc cauſam aut per aliam cum hac omit-
timus hic inquirere : niſi ꝙ apparens eſt ꝙ illudant cauſa huius aut ali-
qua cauſarū eius.videtur enim ꝙ preſentia amicorū ⁊ reſpectus alterius
ad alterū cōmunis eſt vtroꝫ ſtatuū ſimul : intendo q̄m eſt exhilarans in
ſtatu proſperitatis ⁊ aduerſitatis.per hoc ergo minoratur triſtitia eius q̄
in aduerſitate eſt:ac ſi eſſet ei adiutorium ab amico ſuo non triſtandi:eo ꝙ
amicus conſolat cum ſuo aſpectu ⁊ ſuo ſermone quando hoc fuerit ſm ꝙ
opꝫ.quando eñ fuerit conſolatio ſm ꝙ oportet ab amico nouit amicus mo
rem amici:⁊ quoniā ille gaudet ex quo gaudet ipſe : ⁊ triſtatur ex quo tri-
ſtatur.⁊ exceſſus in hoc:intendo in contriſtatione amici propter malū ſta-
tum amici ſui addit in triſtitia amici qui eſt in malo ſtatu . quando enim
ſenſerit ille qui eſt in malo ſtatu ꝙ triſtatur amicus eius propter ipſuꝫ cre
ſcit eius triſtitia:amici autē fugiunt ne ſit alter cauſa triſtitie alteri: ⁊ pro
pter hoc illi qui ſunt habentes naturam virilitatis:intendo magnanimos
euitant ne triſtando contriſtent ſuos amicos : vnde ⁊ ſi non penitus abij-
ciant triſtitiam:non tamen proſternuntur ab ea : quemadmodum debiles
animo.⁊ ad ſummā non deſiderant qui communicent eis in merore ⁊ luctu
propter ſuam virilitatem:eo ꝙ ipſi non ſunt viri lamentationis.mulieres
autem ⁊ viri qui ſunt vt iſte in debilitate animi letantur ex eis qui commu
nicant eis in triſtitia manifeſtum vero eſt:quoniā in omnibus rebus ſem-
per aſſimilandum eſt melioribus:⁊ iſti ſunt qui triſtantur ſm ꝙ oportet:et
communicant in triſtitia in quo oportet.¶Dixit preſentie autē amicorū

in ſtatu pſperitatis aſſociatio eſt deliciosa & iocunda cogitatio:eo q delectatur ex bonis amicorum ſuorum:intēdo ea p que cōuertunt ad iocūdū ſtatum:& propter hanc cauſam fortaſſis putādum eſt:quoniā in ſtatibus quidem iocundis ſtudendum eſt ad amicorum aggregationem et eorum multiplicationem cauſa impendendi ipſis beneficia: pulchrius enim eſt pluribus ea impendere.in turbido autem ſtatu non eſt ſtudēdum ad eorū aggregationem.eo qd amici participant malitiaz ſtatus:& opz vt minoretur cōmunicatio amici in malis:& excuſatur ab eis.¶D.Et ex hinc apparet:quoniam oportet vt ſint quantum ſufficit de conſolatione in ſtatu malo:intendo vt nō excedatur in ea:quādo enim fit hoc creſcit amico triſtitia & oportet quidem vt anticipetur cōſolatione plus quando fuerit per illos qui hoc faciūt adiutorium multū tribulato:ſm vero huius diuerſum oportet facere eos quidē apud quos eſt tantū dilectio:intendo vt nō ſtudeant multum ad conſolandum.verūtamē opz vt cōmunicēt in triſtitia eis qui ſunt in ſtatu malo pterq̄ inuitent eos ad hoc:& preterq̄ excedant in hoc cōmunicatio enim amico in tribulatione & exhibitio beneficij quando eo indiguerit & nō exegerit ipſum pulchrius eſt & melius & gratius.in ſtatu autem bono oportet vt ſit adiutorium amicorū cum diligentia & anticipatione:eo q vir boni ſtatus indiget in hoc ſtatu amicis:& vt ſit ab illis quibus benefacere:moroſitas & pauca inſtantia:nam inſtare virum pro vtilitate propria non decens eſt.

¶Capitulum. Decimum quartum

A ergo vt amatoribus aſpectibus ipſe dulciſſimus eſt & magis expetunt hunc ſenſum q̄ alios vtpote amore in hoc potiſſimū exiſtente & genito.Sic & amicis maxime expetendum eſt & magis ſimul viuere:nam et amicitia ſocietas eſt:& vt ad ſeipſum habet ſic etiā ad amicum.Circa ipſum vero ſenſus qui eſt expetendus & circa amicum igitur operatio autem fit illis ſimul viuendo:itaq̄ merito illud affectatur:& quod tandem eſt ſingulis eſſe vel cuius gratia viuere expetunt in eo cum amicis volunt morem trahere.Itaq̄ alij compotant:alij colludunt:alij ſimul exercentur: alij ſimul venantur: vel ſimul philoſophantur.ſinguli in his quotidiano vſu verſati quod maxime vtiq̄ amant in vita:viuere enim volentes cum amicis illa faciunt & cōeant in quibus putant ſimul viuendum.Eſt igitur amicitia improborum flagitioſa: communicant enī praua inſtabiles exiſtentes:& flagitioſi fiunt inuicem ſe aſſimilantes. Proborum autem proba ex quotidiano vſu ſuſcipiens incrementum.Videntur autem meliores fieri agendo et ſe mutuo corrigendo. Recipiunt enīz mutuo illa ex qb⁹ placere poſſunt vnde a bonis bona.
¶ De amicitia igitur hactenus dicta ſufficiant.Nunc de voluptate erit dicendum.

¶ Quartundecimum capitulum qd amicis eligibiliſſimum eſt conuiuere propter amicitiam eſſe communicationem et habere ad amicum vt ad ſe:qdq̄ cuicunq̄ videtur optimum ſibi & eſſe et viuere in hoc poteſt ipſe cū alio conſimiliter opinante delectabiliter conſeruari et ſeruare amicitiam prauorum amicitia exiſtente mala et coaugmentata malitia abinuicem.

bonorum vero bona coaucta colloquijs et meliorata ⁊ directa operationibus abinuicem. Dixit.

ET fortaſſe diuerſificātur homines in eſtimatione rerum que ſunt exhilarantes:⁊ que non ſunt exhilarantes:⁊ ſunt res que fiunt a viris onerosis ⁊ incultis verumtamen apparet:quoniam preſentia amicorum vniuerſis rebus exhilarans eſt ⁊ eligibilis:quēadmodū ei intuitus amati valde eligitur apud amaſios:⁊ hunc ſenſum eligunt pre ceteris ſenſibus:eo ꝙ amor eſt magis per hunc ſenſum:⁊ fit per ipſuʒ. ſimiliter apud amicos aſſociatio in vita electa eſt. Eteniꝫ aſſociatio amicitia eſt:⁊ amicus ſicut eſt in ſeipſo taliter ē erga amicū:⁊ ſentit amicuʒ ſuum in ſeipſo:eo ꝙ eſt electus apud ipſuʒ ex modo quo eſt ſimilis ei.⁊ ipſemet etiā eſt in amico:actus igitur amicitie fit q̄dē in aſſociatione:⁊ aſſociatio in cōiunctione.debito igitur deſiderāt cōiunctionē. Cumqꝫ ſit, eſſentia cuiuſqꝫ eorum:⁊ hoc qđ concupiſcunt actiones vite amant vt ſint eis actiones iſte cum amicis:⁊ propter hoc coniunguntur ad potum ⁊ ad ludum talorum ⁊ ad alios:⁊ quidā cōiunguntur in exercitatione ⁊ venatiōe ⁊ finiunt dies ſuos in eo qđ diligit quilibet eorum:cum eo quē diligit ex his qui ſunt in mundo.ipſi enim agunt hoc cogitando de amicis ⁊ dilectis:⁊ vniuerſaliter cōicant eis quos vident ſibi cōicātes in vita. Fit igitur ex parte huius amicitia quidem malorū mala:aſſociantur enim viris malitiarū ⁊ eis qui non habent ſtabilitatē:⁊ efficiuntur mali ꝓpter aſſimulationē cuiuſlʒ ipſorum cū ſocio ſuo.amicitia vero virtuoſoruʒ ⁊ emeritorū eſt eſſentia ipſius meriti ⁊ virtutis:⁊ eſt completior aſſociationum. Et videtur de eis qui efficiantur per amicitiam meliores q̄ꝫ fuerint ante amicitiam:eo ꝙ rectificant ſeinuicem:per aſſimulationē alterius alteri in actionibus que placēt eis:et ſunt ea bona que ſunt in bona. Tantum igitur dictum ſit de electione:⁊ ſequatur ipſum ſermo in delectatione.

Ariſtote. Stragyrite Liber Decimus Ethicorum.

¶ Capitulum Primum

A SEquitur fortaſſe nunc vt de voluptate tranſigemus. Ea nāqꝫ generi noſtro familiariſſima videtur eſſe. Quapꝑ erudiūt pueros voluptati ⁊ dolori inſtituentes. Vr̄ aūt ad moris maximum virtutem eſſe vt gaudeat quis quibus gaudere opꝫ:⁊ oderintq̄ odiſſe opꝫ. Tēdunt enim hec per totā vitā inclinationē habentia:⁊ poteſtatē ad virtutem ac beate viuendum. Nam voluptaria quidam eligunt doloroſa vero effugiunt. Talia vero ne quicq̄ꝫ pretermittenda videntur :preſertim cum in ipſis magna ſit ambiguitas .nam alij
B ſummum bonum eſſe dicunt voluotatem:alij cōtra nimiū prauū: illi fortaſſe credentes reuera ſic eſſe:hi vero putantes vtilius ad vitam oſtēdere voluptatem eſſe prauuʒ lʒ nō ſit. Inclinari enim pleroſqꝫ ad illam:inſeruireqꝫ voluptatibus:quāobrē oportere in cōtrariū ducere.nā ſic ad medium vtiqꝫ deueniri. Sed videndaʒ

ne id bene dicatur. Nā q̄ de affectibus ⁊ actibus habentur ſermones minoꝛem hn̄t fidem ꝗ̃ opera: qn̄ igitur diſcoꝛdant ab his que ſunt ſecundum ſenſum ſpꝛeti atqꝫ reiecti: etiam verum inſuper interimunt. Qui enim voluptatem vituperat ſi quando illius appetens depꝛehendatur ad illam inclinari videtur quaſi talem exiſtentem omnem. Nam diffinire non eſt multoꝛum. videntur ſermones qui veri ſunt non ſolum ad ſciendum vtiliſſimi ſed ad viuendum: conſentanei enim operibus fidem hn̄t. Quapꝛopter et vocant intelligentes viuere ſecundum ipſos: ſꝫ ſatis de his. Nūc ea que dicuntur de voluptate referamus. ¶ qui ꝺ affectibus et actionib⁹ hn̄tur ſermões minoꝛē hn̄t fidē ꝗ̃ opa

¶ Determinatio huius tractatus decimi de lib. Nichomachie Ari. incipit.

¶ Pꝛimum capitulum ꝙ opꝫ dicere de delectatione ꝓpter ipſam coappropꝛiari nobis: ⁊ pꝛopter delectari ⁊ triſtari quibus opꝫ. maximū eſſe ad virtutem ⁊ felicem vitam: ⁊ ꝓpter diuerſos oppoſite opinari de ipſa his dicētibus ipſam in bonā: alijs vero pꝛauā: ⁊ opꝫ dicere eam pꝛauam etiam ſi non ſit vt inclinātes nimis ad ipſam reuocati in contrariū veniāt ad medium: qꝛ hoc vltimo dictum nō bene dicit ꝓpter ſermones cōtēni ⁊ verū cōiter vni cum diſſonant operibus exiſtentibus credibilioꝛibus ꝗ̃ ſermones: ⁊ ꝙ ꝓpter nō diſſonare opꝫ diuidere multipliciter dicta vt fieri habeat cognitio conſona in ſermonibus ⁊ rebus: que tunc vtilis eſt non ſolum ad ſcire: ſed ⁊ ad viuere pꝛouocans alios ad viuere ſecundum doctrinā operibus conſonare. D.

Oſt hoc autem conueniens eſt vt ſequatur ſermonem in dilectione ſermo in delectatione: eo qꝺ videtur in pluribus rerum qꝺ ipſa appꝛopꝛietur generi noſtro: ⁊ qꝺ ſit naturalis nobis: ⁊ pꝛopter hoc inſtruuntur adoleſcentes quaten⁹ aſſueſcant delectari ſecundum qꝺ opoꝛtet: ⁊ triſtari pꝛout opꝫ. videtur enim qꝺ gaudere cum quo opoꝛtet et refutare quod opoꝛtet foꝛtem relinquat ſigillationē in moꝛalitate: ⁊ quādo ad hoc diligenter intentum fuerit in tota vita erit ei potentia ⁊ impꝛeſſio magna in beatitudine in vita: homines nāqꝫ in tota vita ſua eligunt delectans ⁊ fugiunt contriſtās ⁊ pꝛopter hoc conueniens eſt vt putetur ꝙ dimiſſio delectationis ⁊ triſtitie in hac ſit innaturale: quoniam parum ſit vt opoꝛteat intendi illud. ¶ Dixit. Et pꝛopter hoc opoꝛtet perſcrutari de ea an bonum ſit aut non. Et iam etiam opoꝛtet vt perſcrutemur de hoc eo ꝙ contentio multa in hoc eſt inter homines. quidam enim ꝙ delectatio bonum. ⁊ quidam ipſoꝝ videt ꝙ ſit delectatio ſm̄ huius diuerſum. ⁊ quoniam omnis mala ⁊ vilis: ⁊ quidaꝫ iſtoꝛum iam ſuppoſuit: quoniam ipſa ſit malitia ⁊ credidit illud: ⁊ quidaꝫ ipſoꝛum non tenuit neqꝫ credidit ipſum: verūtamen reputauit optimū in noſtro viuere ⁊ in vita noſtra vt vilipendamus ipſam: ⁊ dicamus eam eſſe malitiam ⁊ ſi non ſit talis: nam plures hominum declinant ad eam: et declinatio ad ipſam alienat vel elongat ab honeſto et vtili: et pꝛopter hoc opꝫ vt hoīes deducantur ⁊ facto ⁊ dicto in regimine ad contrariū huius. qn̄ enim ſic pꝛoceſſum fuit cum hominibus poſſibile eſt vt per hoc conuertantur ad medium qꝺ non impedit neqꝫ damnificat cōiunctionem. et foꝛſitan multi ex his qui dicunt qꝺ delectatio malitia eſt non perſuadent dictione ſua cum videatur operatio eoꝛum diuerſa ab ea. Etenim ſermones qui dicunt in vituperatione paſſionum minus perſuadēt ꝗ̃ dimiſſio illarum paſſionum: ⁊ dimiſſio earum magis perſuaſiua eſt: quando enim D

quis ſtatim diuerſatur in operatione ſua a ſuo dicto vilipenditur per dictum ſuum: neqꝫ curat aliquis credere ei: ſi enim ille qui vituperat delectationem aliquā viſus fuerit appetere et ea aliqd̄ ⁊ eligere reputabitur vt declinare ad eam: ⁊ ꝙ vniuerſuꝫ delectationū omnium in electione eſt apud ipſum vt illud. etenim diſtinctio inter illud qd̄ eligendum eſt extra quod ipſa: ⁊ quod non: non eſt apprehenſa a pluribus hominum: ⁊ propter hoc

E videtur ꝙ auditio ſermonum verorum non ſit proficiens in ſcientia tātuꝫ: ſed ⁊ in vita. intendo in operatione: quando fuerint conuenientes operationi dicentium: etenim creduntur ſermones tunc quando concordant operationibus: ⁊ propter hoc ſuggerunt intelligentibus vt ſit vita eorum ſm̄ iſtas actiones quibus concordat dictio ⁊ operatio. ¶Dixit. cum autē ſermones qui hic dicunt̄ ſunt quidē in materiebus habentibus ſe ſic, vt in pluribus: tunc incipiamus locutionem in delectatione ſm̄ illam maneriēꝫ ſermonum.

Tūc credūtur ſermones cū ꝯcordant operationibus.

Capitulum ſecundum.

F EUdoxus igitur voluptatem ſummum bonū eſſe cenſebat ꝓpterea ꝙ cuncta rōnalia et irrōnalia illaꝫ appetere cernebat. In cunctis vero eſſe id qd̄ expetitur probum ac maxime optimum. cuncta vero ad idem ferri omnibus optimū eſſe ſignificare. Singula eniꝫ quod bonum ſit ſibi: ⁊ qd̄ oīa appetunt id eſſe ſummū bonū. Fidē habuere eius ſermones ꝓpter morum ꝓbitatem magis ꝙ̄ propter ſeipſos. Egregie enim moleſtus eſſe videbatur: quare nō vt amicus voluptatis hoc dicere creditus eſt: ſed ꝙ reuera ſic eſſet.

G Nec minus putabat id ex contrario patere. Dolorem enim per ſe ipſum eſſe fugiendum: ſimiliter igitur ⁊ contrarium expetenduꝫ. Maxime vero expetendū eſſe quod nulliꝰ gratia expetimus: tale autem ſine controuerſia eſſe voluptatem neminem autē vltra perquirere cuius gratia voluptatem capiat: vtpote per ſeipſaꝫ voluptatem expetendam: additāqꝫ cuicunqꝫ ex his que bona ſunt expetibilius illud facere: veluti iuſtis: ⁊ temperatis actionibus: ⁊ augeri ꝑfecto bonum ſeipſo. Uidetur itaqꝫ hec ratio bonorum illam oſtēdere ⁊ nihil magis ꝙ̄ aliud. Omne enim bonum cum alio bono expetibilius eſt ꝙ̄ ſolum. Hac ergo rōne ⁊ Plato improbat voluptatē quaſi nō ſit ſummū bonū. vitā eīn iocundā cū prudentia dicit expetibiliorē eſſe ꝙ̄ ſi ſit ſola. Qd̄ ſi mixtum eſt preſtabilius voluptatē ſummū bonū non eſſe. nullo enim addito ſummum bonū ſe expetibilius fieri. Manifeſtum eſt autē ꝙ nec aliud quicꝙ̄ ſummū bonum eſſet: quod cum alio eorū que per ſe ſunt bona expetibilius fiat. Quid igitur eſt tale cuius ⁊ nos participes ſumus: nam tale aliquid querimus. Qui autem inſtant: nihil dicunt nam quod omnibus videtur id eſſe dicimus. ⁊ qui hanc opinionem tollit: non multo probabiliora dicit. ſi enim que abſqꝫ intellectu ſunt illam affectant: eſſet aliquid quod dicitur. Sin vero ⁊ que ſapiunt quomodo dicerent aliquid fortaſſe etiaꝫ in prauis eſt aliquid naturale bonum valentius quam ſecundū ſeipſa quod appetit appropriatum ſibi bonū non videtur quoqꝫ

Oē bonū cū alio bono expetibiliꝰ eſt ꝙ̄ ſolum

nec de contrario recte dictum. Non enim aiunt ſi dolor eſt ma-
lum: voluptas eſt bonum: opponi enim ⁊ malum malo ⁊ ambo-
bus neutra: hec dicunt non male: nõ tñ vere in his q̄ dicebant. ſi
eñi ambo ſunt mala: ⁊ fugiẽda oportebat eſſe ambo. Neutrorum
vero aut alterũ aut ſiſr. Nunc autẽ cõſtat hãc eos fugere vt ma-
lum: illã expetere vt bonũ: ſic ergo ⁊ opponunt. ¶ Nec tñ ſi non
qualitatũ eſt voluptas: propterea nec bonorũ: neqꝫ eñi virtutes
qualitates ſunt: neqꝫ felicitas. Dicunt autẽ bonũ determinatũ eſ-
ſe: voluptatẽ autẽ indeterminatã: q̄r recipit magis minꝰ. Si ergo
ꝑceptione voluptatis hec iudicãt: ⁊ circa iuſtitiã aliaſqꝫ virtutes
ſm quas maniſeſte aiunt: magis ⁊ minus tales exiſtere: certe et
ſm virtutẽ erit hoc idem. Nam iuſti magis ſunt ⁊ fortes: eſt igit
iuſte ⁊ temperate agere magis ⁊ minus. ſi autẽ in voluptatibus
ne quãdo nõ dicãt cauſam ꝙ ſint alie ſimplices: alie mixte. quid
prohibet vero quẽadmodũ ſanitas determinata exiſtens recipit
magis ⁊ minus: ſic ⁊ voluptatẽ recipere: nõ eñi eadẽ menſura in
oĩbus eſt: nec in eodẽ ſemper vna: ſed remiſſa ꝑmanet vſqꝫ ad ali
quid: ⁊ differt magis ⁊ minus tale vtiqꝫ aliquid erit circa volu-
ptatem ꝑfectumqꝫ bonũ ponentes. motus vero effectiones imꝑ
fectas voluptatẽ: motum effectionemqꝫ oſtendere conant. nec re
cte dicere videntur: nec eſſe illum motũ. Omni nãqꝫ motui pro-
prium videt eſſe velocitas ⁊ tarditas: licet non per ſe: ceu mundi
ad aliud. voluptati autẽ horum neutrũ exiſtit: nam poteſt quis
cito letari quẽadmodum ⁊ iraſci. Sed in voluptate conſtitutum
eſſe non neqꝫ ad aliud. Incedere autem ⁊ augeri ⁊ cuncta huiuſ 3
modi. Traduci ergo ad voluptatem velociter ⁊ tarde quis po-
teſt. Operari vero ſm illam velociter non poteſt: dico autẽ in vo-
luptate conſtitutum eſſe. Effectio autem quemadmodũ eſſet: vi-
detur enim non ex quocũqꝫ fieri quodcunqꝫ: ſed ex quo fit in hoc
diſſoluit: ⁊ cuius effectio voluptas: eius dolor corruptio eſt. Aiũt
etiam dolorem eſſe indigentiam eius quod eſt ſm naturam: vo-
luptatem autem repletionem: at hec corporales ſunt paſſiones.
Si ergo voluptas repletio eſt eius quod eſt ſm naturã: in quo eſt
repletio: id vtiqꝫ voluptatem percipiet: corpus igitur. ſed non vi-
detur: non eſt ergo repletio voluptas: ſed dum ſit repletis quiſqꝫ
voluptatem capit: ⁊ dum exhauritur dolet. Hec autem opinio
orta videtur ex doloribus ac voluptatibus qui ſunt circa alimẽ-
tum. Indigentes enim ⁊ antea dolentes repletione delectantur:
verum id non contingit circa omnes voluptates. Nam ſine do-
lore ſunt que ex diſciplina perueniunt: ⁊ quedam earum per ſen-
ſus: ⁊ per olfatum: ⁊ ex auditu quoqꝫ ⁊ viſu plereqꝫ etiam recor-
dationes ⁊ ſpes. Cuius ergo iſte effectiones erunt: nullius enim
rei indigentia anteceſſit: cuius vtiqꝫ forent repletiones.

2 ¶ Secundū capitulū qđ Eudoxus aſtruit delectationē eſſe tagatio .i. per
ſe bonū per oīa deſiderare ipſam: ⁊ item per oīa fugere triſtitiā ei oppoſitā
vt malā ⁊ per ipſam eſſe eligibilē nō alterius gratia: ⁊ per hoc ꝙ appoſita
cuiqꝫ bonorū facit illud eſt eligibilius ⁊ auget illud: deinde ꝙ ſermo Eu=
doxi dicens ꝙ delectatio oppoſita cuiqꝫ bonorū facit illud eligibili⁹: cōclu
dit ipſaȝ eſſe aliqđ bonū: ſed nō tagatio.i.ꝑ ſe bonū: q̄ꝛ Plato ex eodē me
dio cōcludit q̄m nō eſt delectatio per ſe bonū propter mixtū cū aliquo fa=
ciens totū melius nō eſſe per ſe bonū ſed quoddā bonū quaſi aliquo com=
municamus ꝙꝙ dicēs nō bonū, qđ oīa appetūt nihil dicit: propter omnib⁹
videri oppoſitū ⁊ nihil eſſe credibilius oppoſito ⁊ propter in omnibus
eſſe quoddā naturale ⁊ diuinū quo appetunt propriū bonū: poſtea ꝙ ar=
gumentum Eudoxi ex contrario non valet. propter cōtingere opponi ma=
lum malo: quod licet ſit verum non tamen habet hoc locum cum delectatio
eo ꝙ nec mala nec neutra ſit bona. Dixit.

Diximus igitur ꝙ Eudoxus eſtimabat ꝙ omnis delecta=
tio bonū ex hoc ꝙ videbat oīa appetere ⁊ deſide
rare ipſam que habēt rationē ⁊ que nō habēt rationē: ⁊ mouent
ad ipſa ex ſeipſis: ⁊ electū emerito: qđ eſt bonū per ſe eſt illud ad
qđ mouētur oīa ex ſeipſis. etem̄ bonū ⁊ pulchrū per ſe ſi optimuȝ
vniuerſitatis rerum delectatio ergo ex modo quo pertinet omnibus eſt bo
na per ſe: ⁊ qđ eſt bonum per ſe optimū eſt oīum rerum: delectatio ergo eſt
optimū oīm rerū. Et hoc eſt vt diſpoſitio in bonitate nutrimēti. oīa enim
appetunt ipſum ⁊ eſt bonū per ſe. ⁊ etiā illud qđ deſiderant omnia bonum
eſt omnib⁹ ⁊ delectationē deſiderant oīa: eſt ergo bona omnib⁹. ¶ Dixit ꝑ
iſtas igitur ratiocinationes perſuaſum fuit huic viro: q̄m omnis delecta=
tio bonū: ⁊ atteſtabat͛ his ſermonibus quos dixit virtus moralis quā ha=
bebat: cum dignius ſit credere huiuſmodi ſermones cum cōcordat eis ope
ratio q̄ꝫ cum operatio diſcordat͛ eis. fuit em̄ vir iſte habēs tēperantiā ꝓut
oportuit: ⁊ nō dicebat iſtos ſermones qꝛ eſſet amator delectationis: ſed qꝛ
videbat͛ ⁊ in rei veritate ſic eſſe: ⁊ hoc etiā declarat͛ ex eius cōtrario declara
tione nō minus digna precedēte: ſi em̄ a triſtitia fugiunt vniuerſi: eius cō
trarium: ⁊ eſt delectatio: electū eſt ab vniuerſis. ¶ Amplius illud qđ eligit͛
2 propter ſe electius ſe electo propter aliud. ⁊ de delectatione manifeſtum eſt
ꝙ eſt cum hac diſpoſitione. qđ em̄ eligitur per aliud de eo queritur quare
eſt eius electio: ſed circa delectationē nō querit͛ per aduerbiū quare: nos
enim nō dicimus quare querimus delectationē. Cumqꝫ ſic ſit electa eſt de=
lectatio per ſe. Amplius quādo ipſa additur alicui bonorū fit illud bonū
magis eligibile ⁊ melius vt actio iuſtitie ⁊ actio caſtitatis: intēdo q̄m quā
do coniugat͛ delectatio actionibus nobilius fiunt perfectiores: intendo ꝙ
delectet͛ agens actione ſua. ¶ D. ⁊ videt͛ ꝙ iſta dictio propinque ſit vt iudi
cetur ex ea q̄m delectatio ex bonis eſt: omne enim quod additū bono facit
ipſum melius bonū eſt. Dixit. Et huiuſmodi locum. i. par argumentū ſum=
ptum a digniore ⁊ potiore negat Plato delectationē eſſe bonū. dicit em̄ ſi
delectabilis vita dignior eſt eligi quādo cum intellectu fuerit q̄ꝫ abſqꝫ eo:
nō eſt delectatio bona per ſe. nō em̄ eſt poſſibile vt ſit aliquid eligibile per
ſe: ⁊ quādo ei additū fuerit bonū aliquod fiat magis eligibile q̄ꝫ fuerit eo
ꝙ opȝ vt nō ſit iſtud eligibile per ſe anteqꝫ addat͛ ei illud aut ipſum addat͛
illi. iterū igitur nō eſt delectatio eligibilis per ſe: ⁊ hoc eſt qđ querebat͛ in=
tendo an eſt bonū per ſe an nō. ¶ D. qui autē vertunt hanc propoſitionem
in vniuerſalē dicētes ꝙ nulla delectatio bonū: fortaſſis nō dicunt dictionē
ſufficientē cum dicant ꝙ illud quod oīa appetunt nō eſt bonū: ⁊ qui dicunt

illud nō dicunt aliud: qꝛ illud qꝺ videt̄ oibus bonū nō eſt bonū: ⁊ vlr qui cōtradicit huic propoſitioni nō poteſt ꝯtradicere ei per aliqꝺ qꝺ ſit pluris ſufficientie q̄ ipſa: ⁊ qui contradicit huic dictioni deſiderat quidem ex dictione quod non intelligitur. ¶Dixit. Si autē iam dixit hanc dictionem dictoꝛ eius per opinionem aliquā ⁊ ratiocinationes aliquas declaremus nos qm̄ quod dixit in hoc non habet ſufficientiā. Nos igitur dicimus qm̄ in rebus malis foꝛtaſſis eſt bonū aliquod naturaliter ⁊ amat bonum illud res illa cui illud eſt propriū: ⁊ ſic eſt res in delectatione ſi ponatur eſſe mala: nihil ergo pꝛohibet vt ſit in ea bonū aliquod naturaliter. ¶D. ⁊ ſimiliter videtur qꝫ nō ſit dictio bona cum qua contradixerunt iſtis: intendo dicentes qꝫ delectatio ſit tota malum pꝛopter rationem cogētem eam eſſe bonum quādo dixerunt domini iſtius dictionis qm̄ triſtitia ſi eſt malū: opꝫ vt ſit delectatio que eſt contrariū eius bonū: contradixerunt enim huic dictioni per hoc qꝫ dixerunt qm̄ poſſibile eſt vt contrarietur malum malo: volunt qꝫ non ſequitur ex eſſe triſtitiā malā ⁊ eſſe delectationem contrarium eius vt delectatio ſit bonum. ⁊ dictio ipſoꝛū h non eſt dictio ſana: neqꝫ fecerunt decentem in hac cōtradictionem. Etenim ſi fuerint ambo mala: intēdo delectationem ⁊ triſtitiam erit fugiendum ab ambobus. ſicut enim ea a quoꝛum neutro fugiendū eſt conſimilia ſunt in bonitate ſic ab his que cōſimilia ſunt in malitia fugiendū eſt ab vtriſqꝫ: ⁊ ea a quoꝛum vtroqꝫ fugitur conſimilia ſunt in malitia: ⁊ vniuerſaliter de apparentibus per ſeipſa eſt qꝫ homines fugiunt a rebus malis naturaliter ⁊ appetunt res bonas: ⁊ diuerſantur quidem eo qꝫ quidam coꝛum vident de re vna quoniā bonū: ⁊ quidam coꝛum vident in ipſa quoniam malum.

¶Capitulum tertium.

Aduerſus illos autem qui pꝛoferunt obſcenas voluptates reſponderi poteſt: non eſſe illa voluptaria nō enim ſi peruerſe diſpoſitis iſta ſunt iocunda: putandum eſt ea ſimpliciter iocūda: ſed ipſis: quemadmodum egrotantibus ſalubꝛia: aut dulcia: aut amara: nec etiam alba que apparent lippis. Uel ſic vtiqꝫ dicetur qꝫ voluptates quidem expetibiles ſunt: non tamen iſtis: quemadmodū ⁊ ditari ſed non pꝛodenti: ⁊ ſanum eſſe non tamen quodcūqꝫ edēti. Uel ſpecie differunt voluptates: alie enim ex rebus honeſtis: alie ex turpibus. Nec fieri poteſt vt quis iuſti voluptatem accipiat niſi ſit iuſtus: neqꝫ muſici niſi ſit muſicus. Eodem modo in aliis. Oſtendere videtur amicus cum alius ſit q̄ adulatoꝛ non eſſe voluptatem vel ſpecie differre eas: alter enim bonum cōuerſari videtur: alter ad voluptatem: ⁊ id vituperatur: hoc laudatur quaſi ad alia ſit conuerſatio. Nullus autem optaret viuere ſi ita puerili mente futurus ſit in vita: vt his rebus voluptatē capiat quibus pueri maxime capere videntur. nec ſic vt gaudeat: cum facit aliquid turpe: nec vnq̄ doleat: ⁊ circa multa ſollicitudinem vtiqꝫ poneremus: etiam ſi nulla inde ſit pꝛouentura voluptas. Ueluti videre: meminiſſe: ſcire: virtutes habere: qꝫ ſi ex neceſſitate hoc ſequatur voluptas nihil refert. Nam illa certe expeteremꝰ etiam ſi nulla ab illis voluptas eſſet pꝛouentura. Quod igitur

m Nō ſunt dulcia vel amara q̄ egrotātibus vidētur, nec alba q̄ apparēt lippis

voluptas ſit non ſummum bonum nec ſit omnis expetibilis manifeſtum videtur: ⁊ ꝙ alique voluptates per ſe expetibiles ſunt: differentes ſpecie vel a quibus. Que igitur de voluptate ac dolore dicuntur iſta ſufficiant.

5 ¶ Tertiũ capitulũ ꝙ delectatio videt̃ non eſſe bonũ per eam nõ eſſe qualitatem: qđ tamẽ ſequit̃: cum operatio virtutis nõ ens qualitas ſit bona: deinde per eam eſſe indeterminatũ qꝛ recipit magis ⁊ minus: ac per hoc malam ꝙ refutat̃ per virtutes ⁊ ſanitatẽ eadẽ ratione eſſe malas: poſtea ꝙ ipſa nõ eſt per ſe bonũ qꝛ ipſa eſt motio vel generatio: quorũ vtrũqꝫ improbat ⁊ primo ipſam eſſe motionẽ per ipſam nõ recipere velocius ⁊ tardius: que motio recipit: licet delectatũ fuiſſe velocius ⁊ tardius. ſcđo ipſam eſſe generationẽ improbat per nõ generari quodlibet ex quolibet: ſed determinatum ex determinato in qđ ⁊ reſoluit̃: qđ non eſt in delectatione: deinde delectationẽ eſſe repletionẽ eius quod ſm naturã pp triſtitiã eſſe eius defectum: ac per hoc generationẽ improbat: qꝛ ſi eſſet repletio qđ repletur delectaretur ſcꝫ corpus: ⁊ qꝛ ſunt delectationes ſine repletione: cum eas non p̃cedat indigentia: qꝛ nec triſtitia quales ſunt que ſm intellectũ aut ſenſus ⁊ ſm memorias: ⁊ ſpes: ⁊ certũ ꝙ probroſe delectationes nõ probat. delectationẽ ſimpliciter malã: licet videat̃: qꝛ nõ ſunt vere delectationes ſicut nõ ſunt vere dulcia vel amara que vident̃ talia laborantibꝰ vel nõ ſunt eligibiles vel altere ſunt ſpecie que a bonis ⁊ que a turpibus: neqꝫ delectat q̃ ab adulatore exiſtẽs mala probat eam ſimpliciter malã: neqꝫ ea que a puerili cõuerſatione. tandẽ ꝙ nõ eſt delectatio bona qꝛ nõ eligimus acquirere eam quocũqꝫ modo: qđ tamen faceremus vt videt̃ aliquibꝰ ſi eſſet bona ⁊ perſequimur multa etiã ſi nõ delectent vt ſentire ⁊ ſcire: quoqꝫ ex iam dictis delectatione ſequit̃ ꝙ neqꝫ per ſe bona neqꝫ omnis eligibilis ſed quedã: et q̃m ſunt differentes ſpecie vel ſm ea a quibus ſunt. Dixit.

Et dictio dicentis ꝙ delectatio non eſt bonũ: eo ꝙ non eſt qualitas: ⁊ virtutes que ſunt bonũ qualitates ſunt nõ eſt cogens: etenim actiones virtutum ⁊ felicitas fortune nõ ſunt qualitates ⁊ ſunt bonũ. ¶ Dixit. dictio autẽ eorũ ꝙ bonum terminatũ eſt: ⁊ ꝙ delectatio nõ eſt terminata eo ꝙ recipit magis ⁊ minus non cogit vt non ſit delectatio bonũ. hec enim ſpecies iudicij verax eſt de iuſtitia et ceteris virtutibus: additio namqꝫ ⁊ diminutio ſequitur ceteras virtutes ⁊ medietates in eis que ſunt inter extremitates q̃ ſunt virtutes habent latitudinẽ. ⁊ per hoc etiã ſit iuſtitia quedem magis alia iuſtitia: ⁊ fortitudo magis fortitudine. Et quando fuerit poſſibile vt ſit minus ⁊ magis in iuſtitia ⁊ caſtitate erit ſimiliter poſſibile vt ſit minus ⁊ plus in delectatione. ¶ Dixit. Et fortaſſis ſi dixerint ꝙ qualitates quedã mixte ſunt: ⁊ quedã ſimplices: ⁊ ꝙ propter hoc quedam recipiunt magis ⁊ minus non propter hoc quoniã virtutes ⁊ quedã earũ irreceptiue ſunt huius: ⁊ hoc eſt eis per hoc ꝙ virtutes non poterũt inducere cauſam huius. ¶ Dixit. ⁊ quid prohibet vt quẽadmodum ſanitas terminata recipit magis ⁊ minus: ſimiliter ſit etiã de delectatione: intendo vt ſit terminata ⁊ recipit magis ⁊ minus: igitur in nobis etiã eſt ne concedamus ex eſſe eam receptiuam magis ⁊ minus eſſe eam nõ terminatã: etenim equalitas, Uerbi gratia ſanitas nõ eſt vna eadẽ in oibus ſpeciebus: in equo namqꝫ alia eſt: ⁊ alia in homine: neqꝫ in vna eadẽ ſpecie in oibus hoĩs: ſed interdum magis interdũ minus. poſſibile eſt ergo vt ſic habeat delectatio ⁊ ſit bonum

K ¶ Dixit. Et ex dictionibus iſtorũ etiã eſt quoniã ſunt perfecta ⁊ complete

⁊ ꝙ q̄ñ motus ⁊ gñationes non ſunt completi:ↄcludatᷓ ergo ab eis ex hoc ꝙ motus ⁊ gñatiões nõ ſunt bonū:qñ ergo adiunguntur huic q̄ñ delectatio generatio ⁊ motus ſequitur vt non ſit delectatio bonū.❡D.Uidetᷓ aūt ꝙ nõ ſit hec dictio bona.nõ eñ delectatio motus.Unicuiqȝ eñ rerū mouētiū eſt velocitas ꝓpria ⁊ tarditas ꝓpria quando fuerit mutatio ei per ſe. qñ vero non fuerit ei mutatio ꝑ ſe:ſed ꝑ cõparationem ad aliud: vt mutatio que eſt ſcienti ex ignorantia ad ſciētiā:illa ēſtatim fit relationis ⁊ ad aliqd: ⁊ nõ eſt in relatione motus:impoſſe eſt aūt vt delectationi inueniatur velocitas ⁊ tarditas:cū non ſit ei mutatio per ſe.attamen poſſe eſt hoc inueniri ei per accidens ex parte mutationum eius qđ conſequitur delectatio:⁊ per hunc modū poſſumus dicere ꝙ talis delectatᷓ velociter quemadmodū dicimus iraſcitur velociter non ꝙ delectatio ipſamet aut ira ipſamet velox ſit ⁊ tarda:ſicut motus quē ſequitᷓ delectatio velox eſt ⁊ tardus vt delectationes que ſequuntur ambulationē ⁊ bibitionem⁊ alia ab his. Etenim delectatio ſequitur iſta velociter aut tarde:ipſius veromet delectationis non eſt poſſibile vt ſit aliquid tardū aut velox:⁊ eſt quidē iſtud taliter eo ꝙ delectatio de relatione eſt:⁊ mutationes quas ſequitur delectatio nõ ſunt de relatione:⁊ nõ eſt poſſibile de delectatione vt ſit ſempiterna:neqȝ eſt poſſibile vt referatur ad aliud aliquid preter id cuius eſt.❡D. Jam aūt putatᷓ de delectari ꝙ ſit motus per modū aliquē nõ tamen de delectatione cõiugata cū quacūqȝ apprehēſione putatᷓ hoc ſȝ de cõiugata cū apprehēſione in qua mutatᷓ apprehēſor:⁊ cuius generatio eſt delectās huius corruptio eſt cõtriſtās.❡D.⁊ iam dicūt ꝙ triſtitia eſt propter defectū rei naturalis ⁊ delectatio cõplementū huius defectus:⁊ hoc erit apud fieri huius defect⁹ nõ apud cõpletionē eius actu:⁊ ſi ſic eſt erit delectatio fieri vel generatio nõ cõplementū ideo ꝙ qñ preceditur fieri rei deficientis triſtatur corpus ſentiēs:⁊ qñ ſic eſt ergo delectatus per ipſam eſt deficiens ⁊ etiam ipſa in ſeipſa defectus eſt cū ſit fieri:vel generatio.❡D.iſtud vero nõ putatur de oībus delectationibus ſed cõuenit quidē delectationibus que fiunt ꝓpter triſtitiā nutrimēti:intēdo ꝙ delectationem in nutrimēti p̄cedat triſtitia famis:⁊ ipſamet inuenitur apud vſum nutrimēti:in ceteris autem delectationibus non accidit iſtud vt in delectationibus que fiunt propter ſcientias diſciplinales:non.n.precedit eas triſtitia neqȝ eas que fiunt ꝑ tactū:quāto magis neqȝ eas q̄ fiunt per intellectum:⁊ ſilr̄ q̄ fiunt ꝑ odoratum ⁊ auditum ⁊ viſum non p̄cedit triſtitia:⁊ precedit q̄dē iſta ſpes:⁊ eſt delectās.iſte igitur delectationes non ſunt gñationes:neqȝ etiā ſuppletiones defectuum non p̄cedat eas defectio ac ſi ſit delectatus per ipſas deficiens non cõpletus.❡D.Delectationibus aūt vituperatis apud hoīes quas ſequuntᷓ q̄dā hoīum fortaſſis nõ eſt dicēdū ꝙ ſint delectabiles ſm̄ veritatē:quāuis.n.delectabiles ſint eis quoꝝ aīarū diſpõnes ſunt diſpoſitiones praue: nõ tñ ꝑꝑ.hoc opȝ vt dicantᷓ eſſe delectabiles in rei veritate ⁊ ſimpliciter.ſȝ ſi abſolute dicatur de eis nomen delectabilis :intelligendum eſt in comparatione ad alios.quēadmodū.n.non putandum eſt illud quod dulce eſt aut amarū apud infirmos eſſe ſic ſm̄ veritatē:aut qđ album apud lippos eſſe albū ſm̄ veritatē:ſic eſt de re delectationis apud viros prauitas :intendo quoniam delectabilia non ſunt examinanda apud guſtus iſtorum :ſicut neqȝ examinanda ſunt nutrimenta apud guſtus infirmorum.❡D.⁊ fortaſſis delectatio eligibilis eſt:niſi ꝙ non eligibilis modo quo eligunt eam predicti:quemadmodum dicimus qđ diuitie eligibiles :ſed non vt fraude aut deceptione acquirantur:et ſimiliter ſanitas eligibilis eſt : ſed non vt eius cuius ſanitas contingit ex quacumqȝ comeſtione:ſȝ cuius ſanitas

ſit ex comeſtione rerum ſanatiuarum. ¶D. Dixit. ⁊ fortaſſis differant delectationes in ſcipſis: eo ꝙ delectatio ex rebus pulchris alia eſt a delectatione que ex rebus turpibus: ⁊ omni actui eſt delectatio propria: et non eſt poſſibile vt delectetur is de cuius natura non eſt vt agat aliquem actum delectatione illius actus: vt quoniam non eſt poſſibile vt delectatione iuſti delectetur qui non eſt iuſtus: neqꝫ delectatione muſici qui non eſt muſicus: ⁊ ſimiliter in ceteris actibus. ¶D. et videtur eſſe apparens: quoniam amicus alicuius alius eſt a ꝯueniente: ⁊ qm̃ delectatio vtrorũqꝫ pp hoc non eſt vna ſꝫ diuerſa de altero enim eorum putatur: quoniam eius aſſociatio eſt ꝓpter vtile qdem intendo eum qui dicitur cõueniens: ⁊ de altero quidem ꝓpter delectationem ex amicitia: ⁊ ꝓpter hoc vnus eorum vitupatur ⁊ alter laudatur. ¶D. ⁊ conueniens eſt ne ſit omnis delectatio bonum: nullus enim eligit ne faciat decens in longitudine vite ſue etiaꝫ habens intellectũ puerilẽ: ⁊ delectatur in tota vita ſua: eo ꝙ delectantur pueri vt plurimuꝫ: neqꝫ eligit delectationem cũ actionibus turpibus. homines eñ naturaliter ſtudẽt ⁊ nituntur ad actiones pulchras cũ nõ fuerit in eis triſticia etiam ſi non ſit in eis aliquid delectationis: vt eſt ſpeculatio ⁊ cogitatio ⁊ rememoratio ⁊ ſcientia virtutum et operatio earum. quando vero fuerint delectationes cõiugate eis: tũc nullus declinat electionem iſtorum: neqꝫ opꝫ vt ſit in electione eorum quicq̃ diuerſitatis. forſan etenim preeligẽda ſunt hec: et ſi nõ ſit ex eis delectatio. qualiter ergo erit in entibus. D. manifeſtum eſt ergo ex his que dicta ſunt: quoniam non omnis delectatio bonum: neqꝫ omnis malum. etenim delectationes diuerſe ſunt forme: ⁊ in eis eſt quod eſt electum per ſe: ⁊ quod eſt non electum.

Capitulum quartum.

Quid aũt ſit aut quale magis patebit ſi ab initio repetamus. Videt igit viſio oĩ tpe eſſe pfecta: nõ eñ qcq̃ illi deeſt qđ poſtea factũ illius ſpeciem pficiat: huic ſimilis appet voluptas. Totũ eñ qddã eſt nec vllo tpe voluptatẽ cupere qs põt q̃ ſi maiori tpe fiat illius ſpecies pficiat. quapp nec motus eſt: nã oĩs mot⁹ in tpe eſt ⁊ finis alicuius: ceu edificatio pfecta eſt: qñ pficit id qđ affectabat: aut in oĩ qdem tpe: aut in hoc. In partib⁹ vero tpis oẽs ſunt impfecte: ⁊ alie ſpẽ q̃ tota inſimul. lapidũ eñ cõpoſitio: alia eſt q̃ colũne baiulatio: ⁊ hec alie ſunt q̃ tẽpli factio: ⁊ tẽpli qdẽ pfectio: nihil eñ deeſt illi ad ꝓpoſitũ. Fundamẽti vero ⁊ operis colũnaꝝ impfecta: pars eñ vtraqꝫ ſpecie ergo differũt. Nec eſt aliquo tpe motũ accipere ſpecie pfectũ: ſꝫ in tota. Eodẽ mõ in ambulãdo ⁊ reliqs. Si ei eſt latio motus vñ quo ⁊ huius drĩa ẜm ſpeciẽ: volatio: ambulatio: ſaltatio: ⁊ hmõi: nec ſolũ ita ſꝫ in ipſa ambulatiõe. Nã id qđ eſt ⁊ vñ quo nõ idẽ eſt in ſtadio: ⁊ in parte: ⁊ in alia: atqꝫ alia pte nec trãſire lineã iſtã ⁊ illã. Nõ ſolũ ei lineã ꝑuadit ſꝫ in loco exiſtẽtẽ: in alio ãt iſta q̃ alia. Verũ de motu in alijs diligẽtius eſt dictum videtur nec in omni quidem tempore eſſe perfectus ſed plurimi imperfecti ⁊ differentes ſpecie ſiquidem vnde quo ſpeciem facit at voluptatis quocunqꝫ tempore perfecta eſt ſpecies. Patet igitur qđ diuerſa ſunt ⁊ ꝙ totum quiddam ac perfectum voluptas id quoqꝫ appet

ex eo ꝙ nihil moueri pōt niſi in tempore: diuerſum vero in voluptate: naȝ id qđ eſt nūc totū quiddā eſt ex his pȝ ꝙ nō recte dicūt motū aut effectionē eſſe voluptatē: nō enim oīum iſta dicuntur: ſȝ ptibiliū: ⁊ nō totorū. Neq;.n.viſiōis eſt effectio: neq; pūcti: neq; vnitatis: neq; quicq̄ horū motus: neq; effectio: igitur neq; voluptatis. Nam totū quiddā eſt: cum oīs ſenſus erga ſenſibile operetur. perfecte vero bene diſpoſiti ad optimum eorū que ſenſui ſubiacent. Nam tale quiddam eſſe videtur perfecta operatio optime diſpoſiti erga potiſſimum eorum que ſibi ſubſunt. hec vtiq; erit et iocundiſſima: per omnē enim ſenſum fit voluptas. ſimiliter auteȝ per intellectū ⁊ contemplationē. iocūdiſſima vero illa que perfectiſſime eſt. perfectiſſima vero bene ſe habentis erga ſtudioſiſſimū eorum que ſibi ſubſunt perficit autem operationeȝ voluptas: nec eodem modo voluptas perficit ſenſibile ⁊ ſenſus ſtudioſa exiſtētia quemadmodum ⁊ ſanitas ⁊ medicus: ſimiliter cauſa eſt vt ſanus quis ſit. Quod autem per ſingulos ſenſus fiat voluptas manifeſtum eſt: dicimus viſiones ⁊ auditiones voluptatem afferre. patet igitur ꝙ maxime cum ⁊ ſenſus eſt optimus ⁊ erga tale operatur. Cumq; talia ſunt ſenſibileq; et id quod ſentit ſemper erit voluptas extantibus acturo ⁊ paſſuro. Perficit autem operationem voluptas non vt habitus qui ineſt: ſed vt reſultans quidam finis veluti in etatis flore pulchritudo: quouſq; vero ſenſibile aut intelligibile ſit quale oportet: ⁊ diſcernens aut contemplans erit in operatione voluntas. Cum enim ſint ſimilia ⁊ eodem modo ſe habeant actiuum ⁊ paſſiuum idem fieri naturaliter aptum eſt. Q Voluptas opatioem perficit.

¶ Quartum capitulū ꝙ dicendū eſt quid eſt: vel quale quid eſt delectatio. ad quod inueſtigandum: aut prius eam eſſe ſicut viſionem perfectā.ſ.ſḿ vnūqnodq; nunc: ⁊ ꝓpter hoc non eſſe motum qui eſt in tpe ⁊ ꝓpter aliqd ⁊ in qualibet parte ſui imperfectus: cuius quelibet pars differt ſpecie ab altera ⁊ a toto: qui etiā in toto tpe quo fit non eſt perfectus niſi forte circularis delectatione exiſtente aliquid ⁊ pfectorum: ⁊ qui non eſt in nūc: cum delectatio ſit in nūc: ex quibus manifeſtum ꝙ delectatio neq; motus neq; generatio eſt: deinde ꝙ perfecta delectatio eſt cum virtus apprehenſiua ꝑfecta.i.in termino apprehendit actu proprium apprehenſibile perfectum: et perfectiſſima cum virtus perfectiſſima vt intellectiua ſuum apprehenſibile perfectiſſimum apprehendit: ꝙq; delectatio perficit operationem: ſed non ſicut ſenſibile ſenſuȝ: ⁊ quod ſenſu operante ad ſenſibile eſt delectatio ⁊ maxime ſenſu potentiſſimo operante ad potentiſſimum: ⁊ iterum ꝙ ipſa perficit operationem non vt habitus: ſed vt ſuperueniens quidam finis vt viuentibus pulchritudo que ⁊ neceſſario eſt in operatione ſenſus vel intellectus impedita. D. 4

IAm itaq; dictus eſt ſermo ſufficiens in delectatiōe an bonum an non: quid vero ſit delectatio: aut que res eſt delectatio: fortaſſe manifeſtius fiet quando ceperimus in reuerſione: rememorationis eius ex principio. Dicimus ergo quoniam putatur ꝙ actus viſus eſt penetratio in aliqua hora: ⁊ hoc fit quando viſus non indiget aliquo quo compleat

forma eius:imo eſt ſm cōplementum eius vltimum ⁊ delectatio ſimilis eſt
huic:eo ꝙ ipſa exiſtit cōpletio viſui completiori.ſi ergo hoc ſic eſt delecta
tio etiam eſt cōplementum ⁊ forma non motus:⁊ ꝑpter hoc non eſt poſſibi
le alicui vt apprehendat delectationem in tempore donec ſit ex delectatio-
nibus ꝙ exiſtat in tempore minus aut plus.etenī omne quod apprehendi
tur in tempore eſt in motu ⁊ nondum completur forma eius : ⁊ ꝑpter hoc
ꝙ delectatio eſt cum complemento forme:⁊ non in tempore:⁊ propter hoc
non eſt motus.omnis enim motus in tempore eſt habens cōplemētū quod
nō eſt in tēpore.¶V.g.edificatio magis completa eſt in poſtremo tēporis
in quo perficitur eius actio ꝙ̄ in vniuerſo tēporis in quo fit:in poſtremo
aūt tēporis in quo fiunt motiones nō eſt cōpleta ſed diuerſa per formam:
intendo qm̄ partes motus vnius eiuſdeꝫ iam diuerſificantur adinuicē ſm
formā:⁊ ſunt etiā diuerſe a toto ipſarum ſm formam ⁊ complementum:in
tendo finem motus.poſitio namq̄ lapidū diuerſificaꝛ ab erectione colūna
rū ſm formā:⁊ iſta ambo diuerſificantur a figura domus que eſt cōplemen
tum temporū.cuius partes ſunt compoſitio lapidum ⁊ exciſio colūnarum:
⁊ ꝙ ſimilatur his ex partibus edificationis:⁊ inter diſpoſitionē cōpoſitio
nis ⁊ ſitus lapidū:⁊ diſpoſitionē erectionis colūnarū:⁊ inter diſpoſitionē
domus dr̄ia eſt:quāuis em̄ ꝯueniāt in eo ꝙ ſunt diſpōnes:tn̄ diſpō domus
diuerſificatur a diſpōne cōpoſitionis lapidū:⁊ a diſpoſitione erectiōis co-
lūnarum per hoc ꝙ diſpō domus cōpleta eſt:eo ꝙ non eſt ſubiecta ad ali-
quid.cū nullius egeat per quod ſit eius cōplementū.diſpō aūt compoſitio
nis lapidum:⁊ diſpō erectiōis colūnarū:⁊ qđ ſimilatur his ex diſpōnibus
que ſubiecte ſunt diſpoſitioni domus non ſunt complete:eo ꝙ quelibet ea
rum ſubiecta eſt forme domus:eo modo quo litere ſubiecte ſunt dictioni-
bus:⁊ ꝑpter hoc partes motus et cōplemētū earū diuerſificanꝛ ſm formā:
⁊ nō eſt poſſe inueniri motū cōpletū ſm formā in tpe: niſi forte ſit motꝰ cir
cularis totius.ceteri vero motus tranſmutationis vt ambulatio:⁊ quod ſi
milatur huic incompleti ſunt:eo ꝙ fiunt ex aliquo ad aliquid oppoſituꝫ ei
⁊ eo ꝙ iſti motus ex aliquo ad aliquid non diuerſificanꝛ ſolum a motibus
cōpletis:ſed et partes motus vnius abinuicem queadmodum diximus:et
enim motus qui fit ſuper hanc partem linee:alius eſt a motu fiente ſuper
aliam partem eius.⁊ vniuerſum huius aliud eſt ab eo qui fit ſuper parteꝫ
illā que eſt cōpletio:⁊ eſt quidē iſtud ſic in motu tranſmutationis recto:eo
ꝙ ⁊ ſi ſit ſuper lineā rectā:illa linea non eſt linea tantum:ſed eſt quidem li
nea in loco:diuerſificantur ergo partes motus ꝑpter diuerſitatem partiū
loci.¶D.Et iam exquiſite perſcrutatum eſt de motu in alia ſcientia.D.et
videtur ꝙ non ſit omnis mutatio completa in vniuerſo partium temporis
in quo inuenitur illa mutatio ſed infinitiua ſui tantū:in ceteris vero ſuis
partibus eſt incompleta:ſed diuerſificaꝛ ſm formam.de re autem delecta-
tionis manifeſtum eſt:quoniam de mutationibus completis in toto tem-
pore vel in omni tempore.cumq̄ ſit delectatio de rebus completis : ⁊ com-
R pleta diuerſificentur adinuicē manifeſtum eſt ꝙ delectatiōes diuerſe erūt
adinuicem ſm formam non ſm partes:intendo ꝙ partes delectatiōis vniꝰ
non ſunt diuerſe ab alijs:ſicut ſe hꝫ in motu vno.Et ex iſto manifeſtum eſt
qm̄ delectatio nō eſt motus ⁊ ex eo ꝙ cōprehēſio eius non eſt in tempore:⁊
omnis motus in tempore.¶D.verumtamē manifeſtū eſt etiā ꝑꝑ quā cām
putauerunt ꝙ delectatio ſit motus ⁊ generatio:eo ꝙ generatio nō dr̄ de om
nibus rebus fientibus:ſed dicitur quidē de generatione rerū q̄ diuiduntꝛ:
rebus aūt que nō diuiduntur nō eſt gn̄atio:ideoq̄ non dicitꝛ ꝙ apprehen
ſioni ſit generatio neq̄ puncto gn̄atio neq̄ vnitati:⁊ ſic ſe habet in dele-

etatione:intēdo q̄m nō eſt ei gn̄atio:eo ꝙ ipſa eſt totū intēdo de indiuiſibilibus.¶D.Et oīs quidē ſenſus agit ſm menſurā ſenſibilis: ⁊ agit actionē ꝑfectā ſenſus cui[9] diſpoſitio eſt perfecta:⁊ diſpoſitio ſui ſenſibilis perfecta etiā:⁊ diſpō relationis inter ꝑfecta:etenī putat̄ ꝙ bonitas actionis ſit hoc intēdo vt agēs ſit in ꝑfectiori diſpoſitiōe ꝑ quā eſt agēs ⁊ patiēs in perfectiori diſpoſitione per quā eſt patiēs.⁊ relatio q̄ eſt inter ea in ꝑfectiori diſpoſitiōe.Etenī differētia magna eſt inter hec vt agat res ens in ꝑfectiori diſpoſitionū ſuarū in patiēs ens in ꝑfectiori diſpoſitionū etiā: ⁊ inter hoc vt agat in nō ꝑfectiori ſuarū diſpoſitionū:aut in patiēs nō ens in ꝑfectiori diſpoſitionū patiēdi:aut vt ſit relatio inter vtraq; impfecta. Cunq; hoc ſic ſit fortaſſe erit actio iſta in ſenſib[9] mot[9] ꝑfect[9]:⁊ delectabilis.⁊ ſilr ſe hz in cogitatiōe ⁊ in oībus apprehēſionib[9] quas ſequit̄ delectatio.Et ꝓp hoc poſſibile eſt vt diuerſet̄ delectatio app̄hēſionis penes diuerſitatē actionū app̄hēſiōis:⁊ delectabilior actionū app̄hēſionū eſt actio ꝑfecta valde.Et actiones ꝑfecte valde ſunt ille q̄b[9] ſunt venuſtiores diſpoſitionū apud virtuoſum valde ex reb[9] quas amat:⁊ ꝓp hoc eſt delectatio ꝑfectiua actionū: intēdo ꝓp eſſe eas amatas.verūtñ ꝑfectio qua delectatio ꝑficit actionē: et ꝑfectio qua ꝑficiūt eā ſenſibile ⁊ ſenſus nō eſt vnius manerici . ⁊ ſi ſint res nobiles oēs:quēadmodū medic[9] ⁊ volūtas ſanādi nō ſūt cauſe vt fiat ſanatio ꝑ modū cōſimilē:intēdo nō ſunt ei cauſa ꝑ modū vnū . ¶D. Q̄m autē delectatio inuenit̄ in oībus ſenſib[9] manifeſtū eſt ꝑ ſe . Nos etenī videmus viſibilia delectabilia ⁊ audim[9] voces delectabiles.Et eſt manifeſtū etiā q̄d delectationis ſenſuū ſunt vehemētiores q̄ñ ſenſus ⁊ ſenſibile vtraq; vigoroſa fuerint:q̄ñ alterū agit ⁊ alterū patit̄ ſm ſuā vigoroſitatē: etenī q̄ñ fuerit ſenſus ⁊ ſenſibile cū hac diſpoſitione fit delectatio ſemꝑ ⁊ cauſa exiſtendi delectationē eſt vt ꝑficiat actionē:verūtñ ſuā ꝑficere actionē nō eſt ita vt delectatio ſit diſpoſitio in actiōe ⁊ cōplemētū ei: ſed ſm ꝙ eſt res ſequēs cōplemētū:vt pulchritudo q̄ inuenit̄ in iuuētute:intēdo q̄m pulchritudo eſt diſpoſitio ſequēs iuuentutē nō cōpletiua eius.¶D. Q̄ſdiuſq; ergo durauerit ſenſibile aut intelligibile ſm ꝙ opz:⁊ qui iudicat de intelligibili ⁊ ſenſit ſenſibile ſm ꝙ opz erit delectatio in actiōe ⁊ hoc quādiu durauerit agēs ⁊ patiēs ⁊ ſimilia:⁊ fuerit relatio cuiuſq; eorū ad ſuū cē par ſm diſpoſitiōnem vnam:intendo impermutata erit ab eis actio per vnam naturam. S

¶Capitulum quintum.

Quare ergo nullus continuo in voluptate eſt aut dolore cuncta namq; humana impoſſibilia ſunt continuo operari:nec igitur voluptas fit.nam ea ſequitur operationem.Quedam enim delectant cum primo fiunt: ſed poſtea non ſimiliter: nam primo quidem prouocata eſt mens effuſe q; agit circa illa . quemadmodum hi qui aduerſum intuentur . poſtmodum non fit eademq; operatio ſed neglectior : quare voluptas quoq; refrigeſcit . Omnes vero expetere voluptatem ex eo putari vtiq; poteſt / quia omnes viuere expetunt. Vita autem operatio quedam eſt:et quilibet circa illa : et illis operatur / que maxime amat : ceu muſicus auditu circa dulcem ſonum . Diſciplinarum ſtudio dediti intellectu circa proſpicientiam rerum . Eodem modo et reliquorum ſinguli . Voluptas autem perficit operationes ; et viuere igitur quod appetunt .

A
Unuſq̄ſq; circa illa ⁊ illis opatur q̄ maxie amat.

merito ergo ⁊ voluptatē expetunt: pficit eñ ſingulis viuere expe tibile exiſtens. Sed vtrū pp voluptatē viuere expetim⁹: vel pp vitā voluptatē relinquat ad preſens. Coniugata eñ iſta vident eſſe nec ſeparationem recipere: nam ſine operatione non fit volu= B ptas: ⁊ omnē operationē voluptas perficit. Unde vident ſpecie quoq; differre. Nā illa que ſunt alia ſpecie ab his pfici putamus ſic eñ cernunt ⁊ que a natura ſunt vt que ab arte: ceu aīalia ⁊ ar bores pictureq; ⁊ ſtatue: domuſq; ⁊ vas. Eodem itaq; modo et operationes differentes ſpecie differentibus pfici. Differunt vero ille que ſunt p ſenſum: ⁊ he rurſus inter ſe ſpecie differunt. Igit ⁊ voluptates que illas pficiunt. Hoc autē ex eo quoq; patebit: q vnaqueq; voluptas opationi illi quā pficit propria eſt: coauget eñ operationē propria voluptas: magis eñ ſingula diſcernunt: exactiuſq; comprehēdūt quicūq; voluptate operātur: vtputa geo metre ſunt qui geometria delectātur: ⁊ intelligūt ſingula magis. Eodem modo qui erga muſicā vel erga architecturā accipiunt: ⁊ alij omnes perficiuntur in proprio opere ſi illo delectantur: co augent autem voluptates: qui vero coaugent propria: alijs vero ſpecie ⁊ alia ſpecie ſunt propria. Preterea id ex eo magis pate= bit: q ab alijs prouenientes voluptates impedimento ſunt ope= rationibus: qui enim fiſtulis delectātur non poſſunt mentem ad hibere ſermonibus: ſi fiſtularū ſonum exaudiāt: magis gauden= tes ſono q̄ pſenti opatione. Uoluptas ergo ſoni operationē cir= ca ſermones corrūpit. Eodemq; modo in alijs euenit: quādo ſi= mul circa duo operatur. Iocundior eñ alterū excludit: ⁊ ſi mul= to voluptas precellat magis: ita vt p alterum nihil operetur. Ex quo fit vt quotiens vehementer aliqua re gaudemus non fere aliud agamus: ⁊ alia faciamus cum alij leuiter delectamur. Ue= lut illi qui in theatro comedunt tunc maxime hoc faciunt cum inepti ſunt pugiles. Cum vero ppria voluptas diligentius opa= ri faciat ac diuturniores melioreſq; operationes efficiat: aliena non corrūpat: manifeſtū eſt multum eas inter ſeſe differre. Fere enim aliene voluptates faciunt perinde ac proprie moleſtie: velu ti ſi cui ſcribere aut computare graue eſt atq; moleſtū: hic non ſcribit: ille non cōputat: quia id agere moleſtū. Euenit igitur cir= ca operationes contrarium a proprijs voluptatibus atq; mole= ſtijs: ſunt enim proprie que in operatione per ſe fiunt. aliene eñ voluptates quod perinde prope agunt atq; moleſtie: corrūpunt eñ licet non ſimiliter cunq; differunt opationes probitate ⁊ im= probitate: ⁊ alie expetende ſunt: alie fugiende: alie neutre: eodem modo ſe quoq; voluptates habent. In vna enim quaq; opatio= ne ppria eſt voluptas: qua igitur ſtudioſe ppria eſt ea proba eſt que vero praue ea improba. Nam ⁊ cupiditates honeſtarum re= rum laudabiles ſunt: turpium autem vituperabiles.

¶ Quintũ cap. ꝙ null⁹ cõtinue delectat̃ ꝓp nõ poſſe cõtinue operari cui ſoli ſequit̃ delectatio. ꝙꝙ quedã delectãt noua: poſteri⁹ autẽ nõ ſic: ⁊ ꝙ oẽs appetũt delectationẽ: q̃ꝛ appetũt viuere qḋ perficit delectatio. Deide vtrũ delectatio ſit ꝓp operari: vel econuerſo: dicit eſſe nunc dimittendũ que tamẽ dicit cõiuncta ⁊ inſeparabilia vnde ⁊ operationẽ differentiũ ſpecie differẽtes eſſe ſpecie delectationes q̃ ipſas operationes perficiũt: qḋ vltimũ iterum probat ex eo appropriari delectationes operationib⁹ quas perficiunt: et hoc probat ex eo augeri operationes delectationibus ⁊ coaugẽtia eſſe ancius propria: ⁊ iterũ probat differentiũ operationum ſpecie delectationes: differẽtie ſpecie ex eo ꝙ eſt ens que in alijs operationib⁹ delectatiões impedire ⁊ corrũpere eas q̃ in alijs factas: ⁊ ex eo ꝙ proprie delectatio cõfirmat operationes ⁊ diuturniores ⁊ meliores eas facit alienis delectationib⁹ efficientib⁹ ⁊ fere vt proprie triſtitie corrũpentibus operationes: ⁊ ex eo qḋ ſic operationes differũt bono ⁊ prauo: ⁊ item eligibili fugiendo ⁊ neutro: ſic neceſſe ⁊ delectationes eis appropriatas differre: ⁊ rurſus ex eo ꝙ cõcupiſcentie que omnes ſunt delectabilium differunt ſpecie. Dixit. 5

ET propter iſtud nõ eſt poſſibile vt delectet̃ homo delectatione cõtinua: neqꝫ triſtetur triſtitia continua eo ꝙ oẽs res humane nõ poſſunt agere actionẽ cõtinuã propter mutabilitatẽ cõſimilitudinis: que eſt inter agens ⁊ patiens: ⁊ ſimiliter eſt de delatione. ¶ D. Et eo ꝙ delectatio nõ eſt cõtinua: fit ꝙ quedã res exhilarãt ⁊ ſunt bone: ⁊ poſt hoc nõ ſic ſe hꝫ res in eis: ⁊ cauſa in hoc eſt: q̃m cogitatio ⁊ imaginatiões quas ſequit̃ delectatio ſunt in iuuentute vehemẽtius agentes ⁊ plures: ⁊ ſimiliter eſt in ſenſibus: intendo q̃m in iuuentute vehemẽtius agunt: vt q̃m vidẽt a longe in principio rei: deinde poſt hoc nõ poſſunt: immo actiones eorũ debilitant̃: ideoqꝫ fit eorum delectatio debilior. ¶ Dixit ⁊ fortaſſe putãs putabit oẽs nos amare vitam ⁊ vita actus quidã eſt: ⁊ vnuſquiſqꝫ amat facere actiones que pertinent in vita rebus melioribꝰ. etenim in his fit actus eius melior vt dominus muſice: ipſe eñ amat actũ audit⁹ qui eſt appreheñſio melodie: ⁊ dominus doctrine qui amat actũ cogitationis in opinionib⁹: ⁊ ſimiliter eſt in oĩbus actionibus pertinentib⁹ ad vitã: ⁊ delectatio inuenta in eis eſt illa que complet iſtas actiones ⁊ vitã per quã fit deſideriũ iſtarũ rerũ: ⁊ q̃m ſic eſt: tunc illi q̃ deſiderãt vitã deſiderãt delectationẽ: eo ꝙ ipſa perficit vitã q̃ eſt electa. ¶ D. ⁊ ꝓp iſtud opꝫ ſciri ꝙ nõ ſunt nobis omittẽde actiones gratia delectatiõis pꝫ: ꝙ eñ ꝙ delectatio ⁊ actio cõiugate ſunt ſimul: ⁊ nõ recipiũt ſeparationẽ nam nõ erit delectatio abſqꝫ actione: ⁊ perficit quidẽ omnẽ actũ delectatio. D

¶ D. Et ex hinc apparet ꝙ delectatio eſt diuerſa: qḋ eñ perficit res diuerſas ſm formã diuerſum eſt ſm formã. Et hoc pꝫ ex rebus generatis a natura vt animalib⁹ ⁊ plantis: ⁊ ab arte vt in imaginibus ⁊ vtenſilibus ⁊ domo: intendo q̃m iſta ex quo facta ſunt ex rebus diuerſis forma ſunt perfectiones earũ diuerſe forma: ⁊ ſimiliter actiones diuerſe forma opꝫ vt perficiant̃ etiã ⁊ diuerſificatis in forma: ⁊ ꝓp hoc delectatio q̃ eſt intellectui diuerſa eſt a delectatione q̃ eſt in ſenſibus: ⁊ delectationes ſenſuũ diuerſificant̃ etiã a ſe inuicẽ ſm formã. ⁊ pꝫ: ꝙ delectatiões diuerſificant̃ diuerſitate actionũ: eo ꝙ quãlibet earũ figurat actio quã ipſa perficit. Delectatio ei propria facit vt creſcat illa actio ⁊ augeat̃: ⁊ cauſa h̓ eſt: q̃m q̃ faciũt hoc qḋ faciũt cũ delectatione erit actio eorũ vehemẽtius exquiſita ⁊ plus perſcrutata: vt qui delectantur per geometriã: ipſi enim perſcrutant̃ vnãquãqꝫ rerum geometrialium plus alijs: ⁊ ſimiliter qui delectant̃ per actiones muſice ſunt potentiores ad inquirendũ neumata: ⁊ ſimiliter qui amant edificatiẽnẽ ſunt

potẽtiores ad edificãdũ: ꝛ ſilr in oibus agẽtibꝰ addit delectatio in operatione ſui ꝑpria. ꝛ cũ hoc creſcit ꝑ eiꝰ cremẽtũ: ꝛ q̃ creſcit cũ alio a ſe eſt propria eiꝰ ꝑ cuiꝰ cremẽtũ creſcit: ꝛ eſt alia ab ipſa ꝑ formã. ¶ D. ꝛ forraſſe patebit ex hoc etiã ꝙ delectatiões q̃ fiũt ex actionibꝰ q̃buſdã ꝓhibitiue ſunt ab alijs vt in viris cõcupiſcẽtiaꝝ: ipſi ei nõ poſſunt audire dictiões ꝛ actiones boni. audiẽtes ṽo tãgẽtes citharã q̃ gaudio ſonitꝰ eiꝰ poſtponũt actiones quas hñt inter manꝰ: ꝛ ꝑꝑ hoc cytharã ꝛ cetera deſideria corrũpunt actionẽ q̃ eſt ꝑ rationẽ: ꝛ ſilr accidit ceteris delectationibꝰ ad ſeinuicẽ: intendo ꝙ qñ fecerit homo ſimul duas actiones: quarũ vtraqꝫ hꝫ delectationem ꝓpriã impediet magis delectãs alterã ab actu ſuo: ꝛ potiſſime faciet hoc qñ fuerit excellẽtis delectationis valde: donec ꝑmutat alterã agere. Et ꝑꝑ hãc cauſam qñ ludimꝰ cũ aliqua re nõ agimꝰ rẽ aliã plus q̃ illã cũ qua ludimꝰ ꝑꝑ victoriã delectatiõis ludi ſunt delectatiões reliquarũ actionũ: ꝛ quãdo vicerit altera delectationũ: erit actio alteriꝰ ſiue delectatiõe: eritqꝫ actor eiꝰ ad modũ illiꝰ q̃ operaẽ ad deſideriũ aliorũ vt facit citharedꝰ vel tibicẽ in loco ad quẽ cõueniũt ad intuẽdũ eos cũ mali fuerint: ipſi eñ nitũtur q̃dẽ ad pſallẽdũ ꝑꝑ illos q̃ intẽdũt ad ipſos: ꝛ nõ proprie delectationis cauſa. Et cũ ſic ſit patẽs eſt ꝙ delectatio ꝓpria actionibꝰ ꝓfundat actiões ꝛ efficit eas durabiliores. i. in tpe lõgiori ꝛ meliꝰ factas. Manifeſtũ eſt aũt: qm̃ inter delectationẽ extraneã ab actiõe ꝛ iter ꝓpriã dñia eſt multa: ꝛ hoc qm̃ delectatio ext̃nea ab actione fere facit triſtitiã ꝓpriã actioni: intẽdo qm̃ impedit actionẽ quẽadmodũ impedit eã triſtitia ꝓpria ſibi: etem̃ triſtitie ꝓprie actionibꝰ corrũpũt actiones. U. g. q̃ nõ delectaẽ ex ſcriptura ꝛ meditatione: ſi triſteẽ ex ipſis nõ ſcribet neqꝫ meditabiẽ. Et ſilr accidit in actiõibus cõtrarietas multa ex parte delectationis ꝓprie eis: ꝛ ex parte triſtitie ꝓpria eis intẽdo ꝙ actio cũ qua cõiugaẽ delectatio ſibi ꝓpria fit ſm̃ cõtrariũ actionis cũ qua cõiugaẽ triſtitia ſibi ꝓpria: ꝛ fit q̃dẽ ſic: eo ꝙ delectatio ꝓpria expedit actionẽ: ꝛ triſtitia ꝓpria impedit ipſam. Delectatio autẽ ext̃nea vt iã dictũ eſt facit ſilr ei qꝺ facit triſtitia ꝓprie eo ꝙ corrũpit eam triſtitia ꝓpria: q̃uis nõ ſit corruptio ambarũ ꝑ modũ cõſimilẽ. ¶ D. cũ autẽ diuerſenẽ actiones per diuerſitatem virorum bonorum ꝛ malorum intendo quoniã actiones virorũ bonorũ diuerſe ſunt ab actionibꝰ virorũ malorum: ꝛ cũ diuerſenẽ etiã ꝑ hoc ꝙ q̃dã earũ electe: ꝛ quedã earũ nõ electe: im mo a quibꝰ fugiendũ eſt: ꝛ q̃dã earũ que neutro horũ determinanẽ: manifeſtum eſt ꝙ delectationes que ſequunẽ actiões diuidẽde erũt diuiſione cõſimili huic diuiſioni donec delectatiões actionũ electarũ ſint electe: ꝛ delectationes actionũ fugiẽdarũ fugiẽde. etenim vnicuiqꝫ actionũ eſt delectatio propria ꝛ delectatio actioni nobili ꝓpria nobilis eſt: ꝛ delectatio actionis praue eſt extranea cõtriſtãs vituperabilis valde. Et propter hoc ſunt deſideria rerũ quidẽ decentiũ laudabilia: rerũ autẽ turpiũ vituperabilia.

¶ Capitulum ſextum.

Magis autem ſunt proprie operationibus: voluptates que illis inſunt quam cupiditates: hic nãqꝫ diſtincte ſunt temporibus et natura: ille vero propinque operationibus et indiſtincte: ita vt ambiguum ſit vtrum idem ſit operatio et voluptas. Non tamen videtur voluptas mens eſſe: neqꝫ ſenſus: abſurdum enim. ſed quia non ſepa-

ratur: videtur quibuſdam idem. Ut igitur operationes ſunt alie: ſic ⁊ voluptates. Differt autem viſus a tactu puritate: ⁊ auditus ⁊ odoratus a guſtu. Eodem modo differunt et voluptates ab his que ſunt circa intellectum: et vtreqꝫ abinuicem. Uidetur autem cuiqꝫ animali propria voluptas quemadmodum et opus et in vnumquodqꝫ intuenti id apparet. Alia eſt enim voluptas equi: alia canis alia hominis: vt inquit Heraclitus: aſinos magis delectat ſtramina qꝫ aurum: nam pabulum illi eſt dulcius auro. Que igitur aliorum ſunt ſpecie differunt ſpecie. Que vero ſunt eorundem indifferentes eſſe rationabile eſt. Uariant autem non parum in hominibus: eadẽ enim alios offendunt: alios delectant: alijs moleſta ⁊ odibilia ſunt: alijs iocunda ⁊ amabilia ſunt. Id quoqꝫ in dulcibus contingit: non enim eadem febricitanti videntur et ſano: neqꝫ calidum eſſe imbecilli ⁊ valenti. Similiter in alijs id cõtingit. Uidetur autem in cunctis talibus id eſſe quod videtur ſtudioſo. Quod ſi hoc recte dicitur quemadmodum apparet ⁊ eſt: ⁊ ſingulorum menſura virtutis eſt ⁊ bonus vir ſecundum qđ talis eſt: ⁊ voluptates vtiqꝫ erunt que huic videntur: ⁊ iocunda illa quibus iſte gaudet: que vero huic moleſta ſunt ſi cui iocunda videntur non eſt mirandum. Multe enim corruptele ⁊ deprauationes in hominibus fiunt. Iocunda vero non ſunt niſi his ⁊ illis qui ſic diſpoſiti ſunt. Igitur quas omnes fatentur eſſe turpes manifeſtum eſt non eſſe dicẽdum eas eſſe voluptates niſi illis qui corrupti ſunt. Earum vero que videntur eſſe probe qualem vel quam dicendum eſt eſſe hominis: vel ex operibus manifeſtum eſt. Nam illas ſequuntur voluptates. Siue igitur vna eſt ſiue plures perfecti ⁊ beati viri: que has perficiunt voluptates. Relique vero ſecundarie ⁊ multiphariam: quemadmodum operationes.

F Differt viſus a tactu puritate.

G In cunctis id tale eſt qđ videt ſtudioſo.

¶Sextum capitulum qđ delectatio non eſt idem concupiſcentie propter delectationem: magis eſſe propriam operationem qꝫ concupiſcentiam: eo quod concupiſcentia eſt prior tempore operatione: delectatio autem ſimul et ita propinqua operationi vt videatur eadem illi: quodqꝫ delectatio non eſt idem mentis vel ſenſu operationis vel ſimpliciter operationi: licet videantur idem propter non poſſe ſeparari abinuicem: vnde quales ſunt operationes: tales ⁊ earum delectationes. poſteaqꝫ ſenſus differunt abinuicem: et ab intellectu puritate et intellectus ſpeculatiuus a practico ſic differunt: que in his delectationes. tandem quod alterorum, ſpecie: licet non in omnibus hominibus: cum tamen ſint idem ſpecie ſunt eadem delectabilia: quod accidit ex hominum corruptione: quia in corrupto et virtuoſo eſt delectabile quod ſecundum veritatem delectabile: corruptis vero et vitioſis delectabilia non ſunt ſm veritatem talia: ſed viſa talibus: quodqꝫ vera delectatio hominis eſt, que eſt operatione propria homini: que eſt felicitas. Dixit. 6

ET delectationes que ſunt actibus magis proprie ſunt acti
bus ꝙ̄ deſideria ipſorum:eo ꝙ deſideria actuum diſcre=
ta ſunt ab eis tempore et natura:intendo ꝙ ipſa inueniuntur
diſtincta ab actu.Delectatio vero nature ꝓpinque ſunt acti=
bus ⁊ non ſeparantur ab eis:ſed inueniuntur quidem coniu
gate actui.Et propter hoc dubitatur de eis an ſint ipſe ⁊ actꝰ
res vna eadem.Attamen palam eſt ꝙ delectatio intellectus non eſt intelle
ctus neqꝫ delectatio ſenſus eſt ſenſus.hoc enim impoſſibile eſt.ſed quoniā
delectatio non ſeparatur ab actu:idem videtur quibuſdam ꝙ ſit res vna:⁊
quemadmodum actiones diſtinguuntur a delectationibus ⁊ ſunt alie ab
eis:ſic ⁊ actiones diſtinguuntur abinuicem.Actio enim viſuum diſtingui
tur ab auditu ⁊ olfatu ⁊ a guſtu:⁊ iſti diſtinguuntur a ſeinuicem ſecundū
diſtinctionem actuum.Quod ergo eſt ex actionibus diſtinctum eius dele=
ctatio diſtincta eſt genere vt diſtinctio viſus ab auditu:⁊ intellectus a ſen
ſu.¶Amplius hic ⁊ quod eſt diſtinctum ſpecie eius delectatio diſtincta eſt
ſpecie vt diſtinctio ſpecierum intellectus abinuicem.¶D.Et videtur ꝙ vni
cuiqꝫ animalium ſit delectatio propria cum ſit vnicuiqꝫ animalium actio
propria:⁊ ſit vnicuiqꝫ actioni naturali delectatio propria : ⁊ hoc apparet
valde quiꝰinſpexerit in vnaquaqꝫ rerum.Apparet enim ꝙ delectatio equi
alia eſt a delectatione canis:⁊ ſimiliter apparet qm̄ delectatio hōis q̄ ap=
propriatur eis eſt actionis que appropriatur ei:⁊ eſt delectatio actionis ꝑ
intellectum que eſt alia a delectationibus ceterorū aīaliū. Sicut dixerunt
quidā antiquorū:qm̄ intellectui dignius eſt eligere apprehenſiones ꝙ̄ au
rum:etenī ei eſt nutrimentū:qđ apud ipm̄ delectabilius eſt auro:⁊ eſt app̄
henſio per intellectum.¶D.delectationes ergo que ſunt in rebus entibus
diuerſis forma diuerſantur forma Delectationes vero que ſunt rebus eiſ
dem intendo non diuerſificatis per formam:rectum eſt vt non ſint diuer=
ſe quamuis iam inueniantur diuerſe diuerſitate non parua in hominibus
eo quod nos inuenimus res vnas eaſdem delectantes quoſdam et contri=
ſtantes alios:⁊ entes quibuſdam moleſtas et odioſas et alijs delectabiles
⁊ amatas:et hoc eſt vt illud quod accidit in rebus dulcibus:in quibus nō
iudicat ſanus ⁊ febriens iudicium vnum:⁊ vt in rebus calidis et frigidis
que non ſunt apud debiles et fortes ſm̄ vnam diſpoſitionem:ſed quoſdam
hominum delectat calidum : ⁊ alios frigidum.Et ſimile huius accidit in
vniuerſis apprehenſibilibus. ¶Dixit.Et videtur quod in omnibus iſtis
rei veritas ſe habeat prout appareat viro bono:intendo quod delectabi=
lia ex ipſis naturaliter et electa ſunt ea que eligit natura viri nobilis : ⁊ ſi
ſic eſt:tunc bene dictum fuit quod virtus eſt menſura omnis rei : intendo
illud per quod cognoſcuntur nature rerum in bonitate et malitia: ſicut ꝑ
h Uirtus ē menſura oīs rei. menſuram cognoſcitur quantitas rei.Secundum igitur hoc bonum in ſe
ipſo eſt de quo videtur bono quoniam bonum. Et ſimiliter delectatio in
rei veritate eſt illa de qua videtur bono quod ſic ſit:et non elōgatur quin
ſit hoc quod videtur bono delectabile:apud quoſdam hominum non dele
ctabile:aut minus eſt delectabile.Etenim accidunt in generatione homi=
num corruptiones multe:⁊ nature egreſſe ab equalitate:et propter hoc de=
lectabile naturaliter non eſt delectabile niſi eis quibus non accidit corru=
ptio in natura.¶D.Et de manifeſtis eſt quoniam illud quod conceditur
eſſe turpe non eſt delectabile niſi apud viros corruptarum naturarum.De
lectationes autem que videntur eſſe emeritorum ⁊ virtuoſorum non inue
niuntur homini niſi ex parte actionum ſuarum que appropriantur ipſi.
Et ſi fuerint delectatio vna aut delectationes plures viro perfecto deſide

ranti ſtatus felici: tunc illa delectatio vna aut illa que completur ex multis ſi multe fuerint eſt illa de qua vere dicitur ꝙ eſt delectatio hominis: et hoc manifeſtum eſt quando declaratum fuerit quis eſt actus hoīs proprius ei. Cetere vero delectationes habent ſe ad hanc ſicut ceteri actus ad hunc actum. intendo eum qui eſt complementum actuum humanorum.

¶ D. et cum iam diximus de virtutibus ⁊ dilectionibus ⁊ delectationibus remanſit dicendum de felicitate vult felicitatem propriam: de communi enim iam locutus fuit in tractatu primo: cum ſit felicitas complementum actionum humanarum.

¶ Capitulum Septimum.

CUm autem de virtutibus et amicitijs ac voluptate dictum ſit: reſtat vt de felicitate ſummatim dicamus. Nam illam poſuimus finem rerū humanarum: his igitur que ſupradiximus repetitis breuior nobis fiet oratio. Diximus non eſſe illam habitum: etenim dormienti exiſtere poſſet: et inſtar plante vite degenti: ⁊ in calamitatibus maximis conſtituto. Quod ſi iſta non placēt: ſed magis in operationem quandam ponenda eſt vt ſupra diximus. Operationum vero alie ſunt neceſſarie: et propter aliud expetende: alie propter ſeipſas: manifeſtum eſt ꝙ felicitas ponenda eſt aliqua illarum que propter ſe expetuntur: ⁊ non earum que propter aliud. Nullius enim indiget felicitas: ſed ipſa per ſe ſufficiens eſt. Sunt autem proter ſe expetende ille in quibus nihil vlterius queritur q̄ʒ operatio. Tales autem videntur eſſe actiones ſecundum virtutem: agere enim honeſta ⁊ laudabilia ex his que propter ſeipſa expetuntur: ex his etiam ſunt ludi quidam iocundi: nō enim aliorum illos ſequuntur homines cum dāna potius q̄ʒ commoda ex illis ſuſcipiant: ⁊ corpus ⁊ patrimonium negligentes. Confugiūt autem ad huiuſmodi delectationis: plerīqʒ eorum qui beati creduntur. Quapropter apud tyrānos in precio habentur ſi qui huiuſmodi oblectanda pñt afferre. Que enim cupiunt ad ea ſe leto animo prebent. Indigent vero his: videntur ergo ad felicitatem iſta pertinere: quoniam hi qui in magna potentia conſtituti ſunt illis intendunt: at id fortaſſe nullum eſt ſignum. Non enim in potentatu eſt virtus: neqʒ mens a quibus laudabiles ſunt operationes: nec ſi iſti qui nunq̄ʒ voluptatem puram liberalemqʒ guſtarunt ad corporales confugiunt: propterea putandum eſt eas eſſe magis expetendas: nam ⁊ pueri que apud eos in precio ſunt ea eſſe optima. Conſonum igitur eſt quemadmodum apud pueros atqʒ viros diuerſa in precio habentur: ſic etiam apud bonos ⁊ malos: vt ergo ſepe dictum eſt precioſa ⁊ iocunda ſunt illa que ſtudioſo ſunt talia. Cuiqʒ autem ſecundum proprium habitum expetendiſſima operatio ⁊ ſtudioſo igitur ſecundum virtutem. Non eſt igitur felicitas in ioco. Nam abſurdum foret iocum eſſe cum vt

Nulliꝰ īdiget felicitas ſʒ ipſa p ſeipſm ſufficiēs ē

ita dixerim quem querimus finem: ⁊ negocia multa moleſtiaſq́ per totam vitam ſuſcipere iocundi cauſa. Cuncta enim vt ita dixerimus alterius gratia expetimus preter felicitatem. Nam illa finis eſt. Studere vero ⁊ laborare ioci cauſa ſtultum nimis puerile ꝙ videtur. Jocari vero vt ſtudeas ſecūdum Anacharſidis ſniaꝫ recte ſe habet. Nam ceſſatio quedam iocus videtur. Cumq́ fieri nequeat vt quis continuo laboret ceſſatione indiget: non ergo finis ceſſatio cum fiat gratia operationis: videtur autem vita beata ſecundum virtutem eſſe ac non in ioco: meliora dicimus ſeria ꝙ̄ ridicula et iocoſa: et melioris ſemper expertis et hominis ſtudioſam operationem. Melioris vero melior et beatior iam. Poteſt autem quiuis frui corporis voluptatibus etiam abiectus quiſq́ non minus ꝙ̄ optimus: at felicitatem nullus dicet abiecto competere ſed vitam ſolum. Non enim in huiuſmodi oblectamentis felicitas conſiſtit: ſed in operationibus ſecundum virtutem vt dictum eſt prius.

7 ¶ Septimum capitulum in quo reſumit de felicitate que cum ſit operatio vt predictum eſt: aut ſecundum ſeipſam ipſa eſt aliqua vel alique ſecunduꝫ ſeipſas eligibilium operationum et non propter alterum quales ſunt ſm virtutem actiones: quales etiam videnꝶ ⁊ ludi quidam delectabiles: ſed nō ſunt tales cum non ſint vere eligibiles: licet videantur eligibiles prauis: quia vere eligibile ⁊ delectabile quod ſtudioſo tale: vnicuiq́ autem que ſecundum proprium operatio eligibilis videtur. ex quibus ſequitur ꝙ non eſt ludus felicitas: ⁊ ex eo ꝙ ludus non eſt finis neq́ conueniens mala pati ⁊ laborare ⁊ ſtudere propter ludere. Sed ſecundum Anacharſidem ludere propter ſtudere luſu inq̄ qui aſſimilatur quieti que non eſt finis: ſed neceſſaria gratia operationis felicitas fons exiſtens ludus non eſt: et iterum etiam felicitatem eſſe cum deo: et etiam ſtudioſa eſſe meliora iocoſis: ⁊ ex melioribus particule ſtudioſiorem eſſe operationem: ⁊ etiam quoſcunq́ poſſe cum volunt potiri ⁊ corporalibus delectationibus et ludo: non autem felicitati. Dixit.

MEmoratio enim noſtra eius quod preceſſit ex dictionibus in hoc primo tractatu fuit dictio abbreuiata: ⁊ iam diximus illis quoniam ipſa non eſt habitus: ſed eſt quidem in actu ipſius habitus: et ſi non erit vita felicis vt vita animalis ſic nominati. De hoc animali putatur quod tota vita ſua ſit ſomnus. ⁊ quando felicitas poſita fuerit in actum: intendo quod ſit actus communis: ⁊ ex actibus ſit neceſſarius: ⁊ ex eis electiuis alius ſit electus propter aliquid aliud: ⁊ aliud propter ſeipſum: patet q̄m ponenda eſt in actū electum pp̄ ſe nō ꝓpter aliud: ⁊ quod felicitas nullius eſt indigens nec electa eſt. ergo propter aliquid: ſed propter ſe ipſam: eo q̄m ipſa ſufficiens eſt per ſe: ⁊ res electe per ſe ſunt ille ex quibus non requiritur aliquid aliud quod ſit preter actum: ⁊ videtur ꝙ actus rerum electarum per ſe ſint. operationes enim nobiles electe ſunt propter ſe ipſas: ⁊ ſimiliter operatiōes delectabiles ex modis ludi ſunt de hac ſpecie. Patet enim ꝙ non eliguntur propter aliq̄d aliud: attamen dānum prouе

niens ex ipſis eſt amplius ꝙ̃ vtilitas. ¶ Dixit verūtamen multotiēs amat
felix vilificationē corporū ⁊ poſſeſſionis corporalis: ⁊ fugit curioſitatē cir
ca diſpoſitiones corporales: ⁊ ꝙ hanc quidē preeligunt hoīes quatenus ꝑ
ipſam cōſortes efficiant̃ regū tyrānorū: efficiunt eñ ſeipſos per has actio
nes delectabiles eis: ⁊ per hoc lucrant̃ apud eos: ⁊ vir putat̃ quidem de viſu
delectationū ⁊ dimiſſione conat⁹ ⁊ laboris ꝙ ſit felicitas: eo ꝙ viri poteſta
tum vtunt̃ iſto: ⁊ forſan nō eſt in rei veritate prout eis videt̃ de hoc: eo ꝙ
virtus ⁊ intellect⁹: in quib⁹ vtriſqꝫ ſunt actiones nobiles nō cōtinētur ſub
poteſtate. ¶ Dixit. Ideoqꝫ cū iſti nunqꝫ guſtauerint delectationē ſinceraꝫ
purāqꝫ eſt delectatio intellect⁹ ⁊ actionū nobiliū cōfugiunt ad delectatio=
nes corporales: eſtimantes eas electas eſſe plus alijs. Et conueniēs eſt ne
ſit eſtimare iſtorū delectationes corporales electa cauſa in eas eſſe electas
in ſe: queadmodū neqꝫ ꝙ reputaut pueri eſſe ex eligibilib⁹ que ipſi preeli=
gunt propter hoc eſt eligibile in ſe: immo queadmodū res electe pueris nō
ſunt electe apud viros: ſic nec electa apud viros vtilitatis electa ſunt apud
viros nobiles ⁊ emeritos: ⁊ res honorabiles ⁊ delectabiles in rei veritate:
ſicut pluries dictū eſt: que iudicant̃ a virtuoſis. Etem̄ apud vnūquēqꝫ mo
dum hominū eſt actio electa valde: ⁊ eſt que conuenit nature ſue proprie.
Cunqꝫ ſic ſit: tunc hoc qđ cōuenit nature nobili: nobile eſt neceſſario: ⁊ qđ
cōuenit nature vili. vile eſt neceſſario. Itēqꝫ nō eſt felicitas in ludo. Non
eñ eſt poſſibile vt lud⁹ ſit cōplemētū ⁊ pfectio. ¶ Et impoſſibile eſt vt ſim⁹
ſpacio vite noſtre ſtudioſe operātes ⁊ laborātes ⁊ agamus hoc nō ſerioſe:
ſed ioco ſe. Nos eñ vniuerſaliter conamur quidē ad omne ad quod cona
mur felicitatis cauſa: eo ꝙ ipſa eſt cōplementū. ſtudiū autē ⁊ labor ludi cau
ſa: vanitas eſt manifeſta ⁊ per tinēs pueris: quāuis in principio adoleſcē
tie reputet̃ eſſe certū ⁊ rectū: eo ꝙ ludus requies videt̃ ⁊ naturaliter inqui=
ritur requies. Uerūtamen pates eſt ꝙ illi qui nō valēt perpetuare laborē
indigēt requie: ⁊ ſi ſic eſt nō eſt reqes cōplemētū qđ eſt felicitas: ſed querit̃
propter actū qui eſt cōplementū ⁊ finis. Et vniuerſaliter patens eſt ꝙ vi=
ta felicis eſt ea que fit cum virtute: ⁊ fit quidē hoc cū virture in ſerio nō in
ludo. Ideoqꝫ dicim⁹ ꝙ intellectus melior eſt viſu: queadmodū eniꝫ melio
ris mēbri melior eſt actio: ſic melioris hominis melior eſt actio: ⁊ act⁹ me=
lioris vir melior eſt ⁊ felicior. Si ergo bonus virtuoſus melior eſt riſore
erit actus eius melior neceſſario: dicit qui autē replent̃ delectationib⁹ cor
poralibus nō habēt prerogatiuā in hoc a ſeruo ⁊ captiuo: null⁹ eñ ꝓpor=
tionat felicitatē ſeruo cui⁹ vita nō eſt neqꝫ captiuo. Itēqꝫ igit̃ nō eſt felici
tas in hmōi occupationib⁹: ſed eſt in actionib⁹ virtualib⁹ vt dictū eſt pri⁹.

L Uirt⁹ ⁊ in tellʼs ı qb⁹ ſūt actiones nobiles nō cōtinent̃ ſub poteſtate

¶ Capitulum octauum.

QUod ſi eſt felicitas ſecundum virtutem operatio: ra=
tionabile eſt vt ſit ſecundum optimam. Ea vero eſſet
vtiqꝫ optimi. Siue ergo mens id ſit ſiue aliud quid
dam quod natura videatur imperare ⁊ ducere ⁊ cu=
ram cogitationemqꝫ habere honeſtarum et diuina=
rum rerum ſeu diuinum: ⁊ ipſum exiſtens: ceu eorum que in no=
bis ſunt diuiniſſimum huius operatio ſm̄ propriā virtutem erit
vtiqꝫ perfecta felicitas. Quod autem ſit contemplatiua dictum
eſt. conſentaneum videtur id primo dictis ⁊ veritati: nam ⁊ opti=
ma hec eſt opatio: etenim ⁊ mens eorum que in nobis ⁊ cogno=

ſcibilium circa que mens. Inſuper continuiſſima hec eſt: contem plari enim poſſumus continue magis q̃ quiduis agere. Putamuſq; oportere voluptatem admixtam eſſe felicitati: maximam vero omnium operationum voluptatem afferre illam que eſt per
M ſapientiã omnes conſentiunt. Uidetur nempe ſapientia mirabiles quaſdã habere voluptates ⁊ certitudine ⁊ puritate. Ac rationabile eſt ſcientibus maiorem delectationem adeſſe q̃ querentibus. Preterea ſufficientia illa de qua diximus in contemplatione maxima eſt. Nam neceſſariorũ quidem ad vitam ⁊ ſapiens et iuſtus ⁊ ceteri indigent. Talibus vero ſufficienter affluentibus iuſtus quidem indiget ad quos ⁊ cuꝫ quibus iuſtitia vtatur. Eodem modo temperatus ⁊ fortis ⁊ aliorum quiſq;. At ſapiẽs per ſeipſum contemplari poteſt: ⁊ quanto ſapientior ſit magis melius fortaſſe: ſi adiutores habet: ſed tamen ipſe per ſe ſufficientiſſimus eſt.

Uſ ſapiẽtia mirabiles q̃ſdã hr̃e voluptates ⁊ certitudine ⁊ puritate.

8 ¶ Octauũ capitulũ ꝙ perfecta ⁊ ſpeculatiua felicitas eſt operatio ſm optima virtutẽ optimi qd̃ eſt in hoie.i.intelligẽs: ⁊ ꝙ hec felicitas eſt melior q̃ politica ⁊ optima ⁊ perfectiſſima: ⁊ propter eã eſſe maxime cõtinuã ⁊ delectabiliſſimã ⁊ immixtã triſtitie ⁊ penitudini: ⁊ per ſe ſufficientẽ: ⁊ ꝓp ipſaꝫ ſolã propter ſe ſolã diligi ⁊ ꝓp eã eſſe in vacatione politica felicitate nõ exiſtente tali: ſed magis participãte oppoſitis. Deinde ex oĩbus dictis recolligens eam cõcludit ꝙ ſpeculatiua felicitas eſt ſimpliciter ꝑfecta: ſi tamen accipiat longitudinẽ vite perfectã: poſtea ꝙ vita melior q̃ que ſm hoiem: q̃ ipſa eſt ſm diuinũ aliquid in homine: quodq; cõuenit homini q̃tũ poſſibile eſt in moralib⁹ aſſimilare: ⁊ oĩa facere ad viuere ſm optimũ quod in ipſo precellẽs: nõ mole: ſed precioſitate. tandem ꝙ verus homo eſt intellectus: q̃ principat̃ in ipſo: vnde ſm vitã intellectualẽ maxime viuendũ: que q̃ maxime eſt ꝓpria nature hoĩs eſt ⁊ optima ⁊ delectabiliſſima: quare et feliciſſim⁹ q̃ viuit ſm eã. Scd̃o autẽ felix q̃ ſm politicã: cui⁹ operatiões humane adinuicẽ decenter acte: ⁊ quedã a corpore accidentes. Dixit.

CUm felicitas inuenta ſit in virtute.i. ſub virtute: rectũ eſt: vt ſit actus inuentus in virtute robuſta valde: ⁊ vt ſit actus iſte melioris virtutis inuente in nobis: ſiue ſit hoc intellect⁹ ſiue potẽtia alia cognata ipſi de qua putat̃ ꝙ dominat̃ naturaliter vniuerſis potẽtijs: ⁊ vt iſti potẽtie ſit meditatio in meliorib⁹ rebus ⁊ ſunt res diuine. Et propter hoc neceſſe eſt vt ſit hec potentia diuina: aut magis diuina omni eo quod in nobis eſt ex potentijs: ⁊ cum ſic ſit actus iſtius potentie ex nobis ſm virtutẽ propriã ei eſt felicitas: intendo eius actũ ſm cõpletius qd̃ inuenit̃ ei. Quod autẽ hec felicitas eſſentialis ſm iam dictũ eſt in precedentib⁹. ¶ Dixit ⁊ forſan putandũ eſt de hac opinione cõceſſam eſſe eã ab antiquis: eo ꝙ iſte actus robuſtus eſt valde: ⁊ patens eſt ꝙ intellectus cuiuſdã in nobis: ⁊ ꝙ operat̃ quidẽ in ſcibilibus que cõprehẽdit intellectus ⁊ actio eius in ipſis cõtinua eſt valde ⁊ plus alijs ex ceteris actionib⁹ potentiarũ inuentarũ in nobis: eo ꝙ eſt intellectus. et iam dictũ eſt: q̃m actio intellectus dignior eſt vt ſit cõtinua q̃ vt ſit agens in hora quadam: vult vt eſtimo in libro de anima. ¶ D. ⁊ manifeſtum eſt etiã: q̃m oportet vt ſit cum felicitate perfectiſſima delectationũ: ⁊ de notis per ſe cõceſſis eſt: q̃m delectabiliores actiones actionũ que proportionan

tur virtuti ſunt actiones ſapientie. Et videtur de phia ꝙ ſint ei delectatio nes mirabiles plus q̃ ceteris actionibus proportionatis virtuti propter hoc ꝙ eſt in actione eius: ⁊ de ſolertia in certitudine: ⁊ rectum eſt vt ſit hec delectatio eis qui ſciunt ſm ſpeciem magis propria q̃ eis qui acquirunt vt addiſcant. Cumq; ſic ſit: tunc actus huius virtutis eſt felicitas vltima. ¶ M. amplius qm̃ oportet vt ſit actus felix plus ſufficiens ſibiipſi q̃ ceteri actus: eo ꝙ plus ſufficiens perfectus eſt. ¶ Et manifeſtum eſt: qm̃ actus opinandi ⁊ ſpeculandi ſufficientior eſt ceteris actibus: intendo qm̃ homo in ipſo ſufficit ſibiipſi abſq; alio magis q̃ in ceteris actibus virtutis: etet rebus neceſſarijs in vita indiget ſapiens: ſicut indiget eis alius. ⁊ vniuerſaliter virtutes omnes in indigentia earum vne ſunt quando prouidetur omnium iſtorum ſufficientie: etenim caſtus indiget omnibus: in quibus exerceat iuſtitiã: ⁊ ſimiliter caſtus indiget rebus erga quas ſe habeat temperater. Et ſimiliter fortis ⁊ relique ſimiliter virtutes operatiue: intendo qm̃ omium earum vſitator indiget aliquo altero. Sapiens autem poteſt vti opinione ⁊ ſapientia ſolus: ⁊ q̃to fuerit perfectius ſapiens erit potentior ad hoc: q̃uis nõ dubitetur cum ſit melius agens quando fuerint ei adiutores ad hoc. verũtamen poſſibile eſt ei vt agat actionem ſuam ſingularẽ: ⁊ vt ſit in actione ſua ſufficiẽs eſt diuerſo reliquis virtutibus: qm̃ omnes indigent accipere in quod agant: aut magis aut minus. Et quando fuerit hec actio perfectioris ſufficientie ceteris actionibus ⁊ perfectius ſufficiẽs eſt actus felicitatis: h̃ ergo actus felicitatis eſt: intendo actum ſapientie ⁊ ſpeculationis. ¶ Dixit ⁊ videtur felicitas eſſe in conflictu, eo ꝙ occupamur quidem ad confligendum ⁊ preliandum propter eſſe cum ſalute ⁊ pace.

¶ Capitulum nonum.

Videturq; ſola pp ſe amari: nihil eñ ab illa prouenit pp contemplationem: at in rebus agendis vel plus vel minus acquirimus preter actionem. ¶ Videturq; felicitas in ocio eſſe: negociamur enim vt ociemur ⁊ bellũ gerimus vt in pace degamus. Agibilium ergo virtutum in ciuilibus aut bellicis rebus ſunt operationes. Actiones vero que circa iſta verſantur negocioſe videntur. Bellice quidẽ omnino. Nullus enim bellum expetit bellandi gratia: neq; parãdi illa que ad bellum pertinent. Nam videretur penitus ſanguinolentus quidem eſſe ſi amicos faciet hoſtis vt pugne cedeſq; ſequant. Eius etiã qui in repu. verſatur negocioſa eſt vita. Preter opes ⁊ honores ſibi inſuper comparantis: vel certe felicitatem ſibi ⁊ ciuilibus aliam q̃ ciuilium exiſtentem quã ⁊ querimus certe: vtpote aliã. Si ergo rerum que ſunt ſm virtutem magnitudine ⁊ pulchritudine ciuiles belliceq; precellant. Et hec negocioſe ſunt: ⁊ finem quendam appetunt: ⁊ non pp ſeipſas ſunt expetende. Mentis vero operatio ſtudioq; precellere videtur cõtemplatiua exiſtẽs: ⁊ preter ipſam nullum finem apparere: habereq; voluptatẽ propriam que operationem exauget ſufficientia porro ⁊ ocium ⁊ trãquillitas humana: ⁊ quecunq; alia tribuuntur beato viro ſecundum hanc operationem eſſe videntur: pfecta vtiq; felicitas hec erit aſſumens longitudinem vite perfectam. Nihil enim eorum

que felicitatis ſunt impfectū eſt:talis autē potior eſſet q̄ ſm ho=
minem. Non eñ qua homo eſt:ita viuet: ſed qua diuinū ꝗddā in
ipſo exiſtit. Quantum autem differt hec a cōpoſito: tanto ⁊ hec
opatio ab illa que eſt ſm virtutē. Si itaq; diuinum eſt mens ad
hoīem ⁊ vita que eſt ſꝫ aliā diuina eſt ſm humanitatē vita. Opꝫ
autem nō queadmodū mouent quidā nos humana curare cum
ſumus homines:⁊ mortalia cum ſum⁹ mortales: ſed q̄ꝫtum fieri
poteſt ad immortalitatem admitti:⁊ oīa facere vt viuamus ſm
optimum eorum q̄ in nobis ſunt. Licet eñ molle parum id ſit ta/
men potētia ⁊ precio multomagis exiſtit: ⁊ videtur porro quiſq;
eſſe hoc ſiquidem principale ⁊ melius. Abſurdum igitur foret ſi
non illius vitam:ſed alterius cuiuſdam eligamus.

¶ Et quod prius diximus nunc q̄ꝫ congruet. Proprium enim
cuiq; natura optimū ⁊ iocundiſſimū eſt. Et hoīum igitur ea vi=
ta que eſt ſm mentē: ſiquidē maxime hoc eſt homo. hec vita er=
go beatiſſima. Secundaria vero illa que eſt per aliā virtutē. naꝫ
operationes ſm illam humane ſunt. Juſta igitur ⁊ fortia ⁊ alia
que ſunt ſm virtutes inuicem agimus in commercijs: ⁊ alijs ex=
peditionibus:⁊ varijs rebus. Jn affectibus quoq; decorem vni=
cuiq; ſeruamus. Hec autem oīa videntur humana:quedā etiam
a corpore peruenire ⁊ in multis appropriari affectibus moris vir
tus. Coniugata eſt enim prudentia moris virtuti: ⁊ illa pruden=
tie:ſiquidem principia prudentie ſunt ſm virtutes morales. Re=
ctum autem in moralibus ſm prudentiam: coniuncte vero hec
affectibus ⁊ circa compoſitum eſſent. Compoſiti autē virtutes
humane ſunt:⁊ vita igitur ſm illas ⁊ felicitas. Jlla vero qui mē
tis ſepata. Hacten⁹ eñ de illa dictū ſit. Nā diligentius diſcutere
ſupra propoſitum foret:videtur ⁊ iam extrema affluentia parum
vel minus indigere q̄ꝫ moralis. Sit enim vtriſq; neceſſariorū in=
digentia par. Quāquam magis laborat circa corpus qui in re=
publica verſatur:⁊ quecūq; talia:tamen parum refert:ſed in ope
rationibus multum differunt. Nam liberali ꝗdem pecunia opus
eſt ad liberalitatem exercēdam:⁊ iuſto ad remunerationes:quia
voluptates hominum obſcure ſunt:⁊ ſimulant ſe iuſta velle:cum
non ſint iuſti: forti quoq; erit potentia ſi profecturus ſit aliquid
ſm virtutem:⁊ modeſto licentia. Nam quomodo diſcerni poteſt
vel hic vel aliorum quiſpiam. Eſt autem queſtio quid tandem
principalius in virtute ſit:factum ne:an electio: vtpote in vtriſq;
exiſtente virtute. Perfectum ergo in vtriſq; conſtat eſſe:ſe ad res
agendas in illis opus:⁊ quanto maiores ⁊ preclariores ſunt tan
to magis. At contemplanti nihil talium opus eſt: ac operatio=
nem:ſed vt ita dixerit contemplationem/impediunt: verum qua
homo eſt ⁊ cum pluribus viuit:eligitq; virtuoſa facere indigebit
profecto his ad hominis vſum.

Maxime hō eſt hō ſm mētē.

¶Nonum capitulum ꝙ q2 prudentia ſequitur mores virtutis ⁊ non econ 9
uerſo:⁊ moralis virtus humana eſt ⁊ paſſionibus coniuncta:ac per hoc et
compoſiti erit vtiqꝫ prudentia;et compoſiti:et vita que ſm has ⁊ felicitas
ſimiliter humane ⁊ compoſiti eis que ſm intellectumvita ⁊ felicitate exiſtē
tibus ſeparatis:qꝫqꝫ ſpeculatiuus parum valde indiget exterioribus ⁊ mi
nus politico:ambobus indigentibus equaliter neceſſarijs politico indigē
te pluribus ad operationes liberales ⁊ iuſtas ⁊ alias huiuſmodi: quibus
agnoſcuntur virtuoſi politici:ꝙ etiam perfectio virtutis actiue conſiſtit in
voluntate ordinata ⁊ exteriori actione:que quanto minor:tanto pluribus
indiget exterioribus:quibus non eſt opus ſpeculatiuo ad operationez ſed
magis ad ſpeculationem impedimenta:qui tamē vnde homo opus habet
talibus ad humanitatem conſeruari. Dixit.

T vniuerſaliter omnibus de virtutibus regitiuis que pro
portionantur operationibus ciuilibus vniuerſalibus gu
bernatiuis:vt ſunt bella et reliqua:putatur ꝙ ſint propter
aliud particularia quidem ex ipſis videntur eſſe ꝓpter rem
particularem:⁊ vniuerſalia propter vniuerſalem:vt ars bel=
landi:nullus enim eligitur bellari vt ſit bellatio eius totali=
ter cauſa ſuſcitandi bellum aliud.Omnibus enim modis creditur de eo q̄
per actum ſuū amicos inimicos;donec inter ipſos fiat bellū:qđ fit ſm actū
ſuum in fine malitiarū:⁊ ꝙ cōſequatur ipm̄ ꝑ hunc actū ſuū horror interfe
ctionis ⁊ dānum eius.Cūqꝫ ſic ſit:eſt quidē occaſio bellātis:vt lucret̄ ſibi
delectationem ⁊ ciuitati bona ⁊ honores:⁊ vl̄r vt lucretur felicitatē ſibi et
ciuibus :⁊ manifeſtū eſt ꝙ res in alijs actionibꝰ ciuilibꝰ eximijs p̄ter artē
bellādi ſil̄r ſe hꝫ:intēdo ꝙ q̄runt̄ ꝓpter aliud:⁊ cū actiones ciuiles ſuperēt
reliquas oꝑationes q̄ ꝓportionant̄ virtutibꝰ excellentia ⁊ q̄titate:et ſint
iſte occupate ꝓpter aliud ⁊ cōcupiſcāt complemētū ab extra:neqꝫ ſint ele=
cte ꝓpter ſe:⁊ ſit actꝰ intellectꝰ diſtinctꝰ ab iſtis actionibus honorificētia ⁊
nobilitate:cum ſit actus eius vſus opinionis:⁊ eſt honorabilior actuum ⁊
non appetit vt ſit ei complementū aliud peniꝰ per cōplementū ſuipſiꝰ:et
ſit ei delectatio propria ſuperans ceteras delectationes ⁊ creſcat iſta dele=
ctatio cremento ſuaꝝ actionū ⁊ inueniat̄ in actione ſua ſufficiētia ⁊ quies
ſecūdū deſideratū ei modū:⁊ vl̄r tunc inuenit̄ vniuerſitas ꝛerū:q̄ propor=
tionant̄ viris deſiderati ſtatꝰ ⁊ felicitatis ⁊ patēs eſt:quoniā iſte res inue=
niuntur huic actui eidē.Cū ſic ſit:eſt quidē iſte actus felicitas ꝑfecta:quā
do preparatū ei fuerit:vt inueniat ſpaciū completuz ex vita hoīs:non erit
completū ex vita hoīs:non enim erit cōpletū niſi qñ inuētum fuerit ei ſpa=
cium completū:⁊ non ꝓportionat̄ felicitati aliquid nō cōpletum.Et vita q̄
eſt in hm̄oı̄ actu altior eſt q̄ꝫ vt ꝓportionet̄ homini:nō enim eſt vita eiꝰ in
hac diſpōne ſm ꝙ vita hominis:ſed ſm ꝙ in ea eſt res diuina:⁊ hoc quidē
eſt ſm menſuram ſeparationis iſtius partis anime a cōparatione:intēdo
partem cui inuenitur iſta actio ⁊ diſtantia eius in hac intentiōe a ceteris
potentijs a quibus exiſtit cetere virtutes.intēdo qm̄ ille cōꝑoſite:iſta vero
aut ſimplex aut ꝓpinqua ſimplici eſt ſeꝑatio actus eius a ceteris virtuti=
bus ſm mēſuram qua diſcretor ſimplex nobilior eſt compoſito:⁊ vniuerſa=
liter ſm mēſurā honorificentie actus diuini in hoīe ſuꝑ reliqua q̄ ſunt in
ipſo eſt menſura honorificentie vite que proportionatur ceteris potentijs
Et ꝑꝑ hoc eſt ꝙ videmꝰ vitā ꝓportionatā huic actui qñ cōꝑat̄ vite propor
tionate ceteris virtutibꝰ eſſe diuinā:⁊ illā humanā.¶D.Opꝫ igit̄ ne ſit cu
ra ⁊ appetitꝰ hoīs hūana:q̄uis hō ſit ſicut mādauerint mandatores huiꝰ
neqꝫ vt ſit appetitus eiꝰ appetitus mortalis:q̄uis ipſe ſit mortalis: immo

Quãuis hõ pu⁹ ſit corpe et magnitudine: potẽtia tñ ꝛ honore ſuꝑat oĩa

p opꝫ vt efficiat ea immortalia ſꝫ ꝙ poſſe fuerit: ꝛ vt faciat omne ꝙ facit quatenus viuat vita vigoroſiore: que eſt in ipſo honoratiore: quãuis eñ homo paruus ſit corpe ꝛ magnitudine: potẽtia tñ ꝛ honore ſuꝑat oĩa multũ: intẽdo per potentiã intellectũ: hec eñ potẽtia dñatrix eſt ſuper oĩa. ¶D. Dixit. et conueniẽs quidẽ eſt opinari ꝙ exñtia cuiuſcũq; hoĩs inq̃tũ hõ eſt ꝑ hanc ſubſtantiam q̃ noiatꝛ intell's cũ ſit honoratius ꝛ meli⁹ ꝙ eſt in eo: ꝛ vita ꝓportionata huic eſt vita proportionata homini: ꝛ incõueniẽs eſt: vt nõ eligat aliquis vitã ſuiipſius: imo eligat vitã alteri⁹. ¶D. ꝛ opꝫ vt nũc dicatur etiã qḋ iã dictũ eſt prius: qm̃ ꝓpriũ vnicuiq; aĩaliũ eſt vigoroſi⁹ ꝙ eſt in ipſo nãliter ꝛ delectabilius. Si ergo eſt intell's hoc mõ in hoĩe erit vita. q̃ proportionatꝛ ei talr in hoĩe: intẽdo delectabiliorẽ vitarũ: ꝛ vigoroſiorẽ earũ: cũ ſit hec vita hũana magis q̃ alie. Item igiꝛ illa q̃ proportionatur huic virtuti beata eſt valde: q̃ vero ꝓportionatꝛ virtuti aliĳ beata eſt modo ſcd'ario: eo ꝙ actiones illarũ virtutũ hũane ſunt: ꝛ actio iſtius diuina: put diximus: ꝛ ſunt quidẽ ille hũane: eo ꝙ actiones iuſte ꝛ fortes ꝛ cetere opationes quib⁹ vtimur in eo ꝙ eſt inter nos ſm ꝙ ipſe ſunt virtutes in cõnegociationib⁹ ꝛ indigentũs ꝛ oĩb⁹ actionib⁹ ꝛ paſſionib⁹ cõſernãt ꝙ opꝫ cõſeruari vnicuiq; ex rebus. Appet enim ꝙ oĩa iſta ſunt hũana: ꝛ vr̃ de quibuſdam eorũ qḋ acciderat ex parte nãe corpis: ꝛ ꝙ virtus moralis figuret paſſiones multũ: ꝛ ſunt quidẽ virtutes ex modo cõmẽſurãdi actũ. U. g. qm̃ caſtitas inuenitur qñ prima eius fuerit prudentia: eo ꝙ ipſa quidẽ fit ſm menſuram prudentie: ꝛ qñ anteceditur prudentia ꝛ paſſionib⁹ numeratur inter compoſitas: ꝛ virtutes compoſite ſunt humane: ꝛ vita ſua ꝛ felicitas ſua ſimiliter. Felicitas aũt intellectus ſeparata eſt ab iſtis: intẽdo a paſſionibus. ¶D. Et dictio hec de ipſa eſt cũ hac quantitate: ꝑſcrutatio .n. de ipſa hic alteri⁹ ꝓpoſiti eſt: vult vt eſtimo: quando ꝑſcrutatio de ipſa hec ꝑſcrutatio de natura ſubſtantie eius: ſed eſt quidem ꝑſcrutatio de ipſa ꝓpterea ꝙ ipſa finis. ¶D. Et putatur fortaſſis ꝙ actio per intellectuꝫ indigeat acq̇ſitione diſpõnis moralis: verũtamen hoc ab extra eſt neq; multa neq; laborioſa: rebus vero neceſſariĳs ambe indigẽt: intendo virtutes figuratiuas ꝛ virtutes ſpeculatiuas indigẽtia equali. Et virtutes figuratiue ciuiles laborioſe ſunt magis corpaliter q̃ ſpeculatiue. Et virtutes figuratiue ꝛ ſpeculatiue diuerſitatem habent ꝛ in anima ꝛ in corpe paruã: intendo in eo ꝙ indigent ex aĩa et corpe. In actionibus vero multum. virtutes nãq; figuratiue multis rebus indigẽt ab extrinſeco. Uir enim liberalis opibus indiget ad agendas actiones liberalitatis. ſimiliter iuſtus indiget in quo appareat actus iuſtitie: eo ꝙ voluntas iuſtitie non eſt manifeſta: neq; iuſtitia eſt in voluntate tantum: ꝛ illi qui non ſunt iuſti oſtentant quidem ſe eſſe iuſtos per opõnes: ꝓpter hoc ꝙ omnes vident ꝙ ſignum iuſtitie eſt operatio ei⁹: ꝛ ſilr fortitudo indiget inſtrumẽtis animatis et inanimatis: ꝛ potentiis ꝑ quã actiões ſuas agat: ꝛ ſimiliter caſtus indiget rebus in q̇bus actio ſua mereatur dici caſtitas: quatenus fiat manifeſtum an ſit caſtus: an nõ. Cui enim non extiterint res in quibus ſit caſtitas neq; poteſt ſuper ipſas: huic non inueniuntur actiones caſtitatis. ¶D. Et hoc querenduꝫ eſt an electio actionis eſt dignior. vt ſit virtus aut actiones: ſi enim virtus ineſt electiõe tm̃: nõ indiget virtuoſus iſtarũ rerum que ſunt extrinſecus. Si vero ĩ vtriſq; tũc manifeſtũ eſt qm̃ indiget eis. At manifeſtũ eſt qm̃ vt⁹ aut eſt in vtriſq; aut in actionibus. Manifeſtum eſt enim ꝙ complementum in vtriſq; eſt: eſſe autem eius in actiõe indiget delectatiõe multa. Si vero fuerit in actionibus ſicut declaratum fuit in eo qḋ preteriĳt indiget cauſis ab extrinſeco ꝑ quanto fuerint actiones plures ꝛ meliores indigent ab extra rebus pluribus.

ribus. Ille autem qui vtitur intuitu ſpeculatiuo nulla indiget iſtarum rerum ad actionem: immo poſſibile eſt vt dicatur ꝙ iſta impediūt vſuʒ act⁹ ſui proprijs: intendo vſum ceterarum actionum virtutum. ℭ D. Si vero fuerit homo tantum: intendo non perfectus perfectione humana: et elegerit vt ſit vita eius cum multitudine oportebit vt agat actiones virtutis vt ſequatur modos viuendi hominum et non indiget huiuſmodi actione perfecta.

Capitulum decimum.

Eſſe vero perfectā felicitatem contemplatiuam quandam operationē vel ex eo patebit ꝙ deos maxime exiſtimamus felices ac beatos eſſe: at quas res illis tribuimus agendas: vtrum iuſtas: an erit ridiculum ſi in cōtractibus ac reddēdis depoſitis: ⁊ huiuſmodi rebus occupati dicantur. Sed an fortes in ſuſtinendis terroribus ⁊ periculis ſubeūdis honeſti cauſa: an liberales at cui dabunt. Et ſimiliter abſurdum eſt dicere illi eſſe nummos vel tale aliquid. An modeſtos: atqꝫ tandem iſta laus eſt non habentibus prauas cupiditates. Ita per omnia diſcernēdi apparebit in rebus agendis paruū quiddam eſſe: ⁊ indignum numine deorū. At qui illos viuere cuncti exiſtimant ⁊ operari: ergo natura dormire eos dicēdum non eſt: quemadmodum endimionem. Uiuenti ſi nec agere quicq̄ꝫ tribuatur: ⁊ multomagis nec facere quod reſtat tandem ꝓpter cōtēplationem. Quare operatio dei beatitudine precellens comtemplatiua q̄daʒ eſſet. Et in hominibus ergo illa q̄ huic cognatiſſima eſt erit vtiqꝫ feliciſſima. Huius ſignum fuit ꝙ cetera q̇dem animalia felicitatis capacia nō ſūt: cū tali opōne penit⁹ careāt. Nā dijs q̄dē oīs vita btā eſt: hoībus vero inquātū ſimilitudo q̄dā cōpetit: q̄m nullatenus ꝑticipia ſunt cōtēplationis. Quo vſqꝫ ergo ſe cōtēplatio extēdit eo vſqꝫ felicitas: ⁊ quibus magis eſt comtēplari eiſdē ⁊ felices eſſe: nō ſm accidēs: ſed ſm cōtēplationē: nā ipſa per ſe p̄cioſa eſt. Itaqꝫ felicitas vtiqꝫ erit cōtēplatio q̄dā. Indigebit quoqꝫ externa proſperitate cū hō ſit: nō. n. nā ꝑ ſe ſufficiēs eſt ad cōtēplādū: ſꝫ opꝫ ſanū eſſe corpus: ⁊ alimenta ceterumqꝫ famulatum adeſſe: nec tamen ſi abſqꝫ externis bonis beatū eſſe nō datur: ideo putandum eſt multis ac magis illum indigere: non enim in exceſſu ſufficientia eſt: neqꝫ iudicium: neqꝫ actio: ſed pn̄t etiam q̇ nō terre mariqꝫ dn̄antur honeſta agere. nā a mediocribus etiam facultatib⁹ pōt q̇s illa agere q̄ ſunt ſm virtutē: hoc ope lꝫ intueri: nā priuati hoīes nō minus vn̄r recta facere q̄ꝫ illi qui ſint in dignitatibus aut potentia cōſtituti: immo etiā magis. Satis eſt vero tot adeſſe: erit enim btā eius vita qui ſecū dum virtutem operabitur: ⁊ ſolutio fortaſſe recte felices oſtendit eſſe mediocriter abundantes externis bonis agentes preclara et viuentes modeſte. Poteſt enim ⁊ qui mediocria poſſidet agere q̄ oportet. Anaxa. quoqꝫ videtur non locupletem neqꝫ potentem

R Dīs q̄dē oīs beata vita ē hoībus vero inquātuʒ ſilitudo q̄dā cōpetit.

exiſtimare felicem: dicens: ſe nequaꝗ̄ mirari ſi ille multitudini abſurd⁹ q̄dē videret. Nā multitudo ſolū iudicat a reb⁹ externis. Cōcordare his vīr ⁊ ſapientū opiniones. Fidē igiᷓ q̄ꝗ̄dā hec hn̄t: ceterū veritas in rebus ex opibus ⁊ vita diſcerniᷓ. Nā his eſt princi pale cōſiderāda iſta ſunt ad vitā fcāq; referendo: ⁊ ſi cōcordāt in operibus recipere illa oportet. ſi vero diſcordant rōnē perq̄rere.

Qui ſm mētē opatur ⁊ eam colit amiciſſimus deoꝝ videtur eſſe.

¶ Qui ſcdm mentem operatur ⁊ eam colit: ⁊ optime diſpoſitus eſt amiciſſimus diis videtur eſſe. Nā ſi dii curā aliquā hn̄t humanarum rerum: vt eſtimatur ⁊ crediᷓ rationabile eſt eos gaudere optimo ⁊ cognatiſſimo. Tale huiuſmodi vero mens eſt ⁊ amantibus illam maxime honorantibuſq; fauere tanꝗ̄ rerum ſibi chariſſimarum curatoribus ⁊ recte ac bene agentibus. Quod autem hec omnia ſapienti maxime competant nō eſt obſcurum. Amiciſſimū ergo deorum eundemq; feliciſſimum eſſe decens eſt. Itaq; ⁊ hoc modo ſapiens vtiq; erit maxime felix.

10 ¶ Decimū capitulū q̄ pfecta felicitas eſt opatio ſpeculatiua optimaꝝ: in eo eſſe felix eē in ſpeculatiōe ſui: ⁊ nobis eſſe felix eſſe in eoīn quo eſt ipi prout nobis eſt poſſibile: cuius etiā ſignū eſt q̄ irrōnalia priuata ſpeculatiōe nō participant felicitate: q̄ꝗ̄ felicitas hoīs eſt ſilitudo diuine ſpeculationis ⁊ equaliter pertendūt ſpeculatio ⁊ felicitas: ⁊ iterū q̄ opus eſt ſpeculatio in quantū ipſe eſt hō exterioribus bonis ſine quibus non poteſt ſpeculari: ſ; nō multis ⁊ magnis: ſed omnino moderatis: a quibus pōt quis ita virtuoſe agere: vt a ſuperabundantibus. q̄ꝗ̄ hic dicentes. ſ. a moderatis poſſe bene agere ⁊ feliciter viuere cum ſunt credibiles cum ſermones eorum non diſſonant ſuis factis: tandem q̄ ſm intellectū viuens ⁊ eum curans ē deo amantiſſimus: ppter intellectum eſſe cognatiſſimū deo: ⁊ deum diligere: et rebeneficiare: curātes igitur regnatū: q̄q; omnia predicta ineſſe felici: maxime inſunt ſapienti: vnde ⁊ ipſe deo amantiſſimus. D.

Quoniam aūt beatitudo eſt actus quis opinatiuus apparebit ex iſto etiā: qm̄ conceſſum eſt q̄ deus glorioſus ⁊ angeli nobilioris ſunt ſtatus ⁊ felicitatis q̄ꝗ̄ cetera entia. Vellem igitur ſcire quis actus attribuendus eſt eis ex actibus virtutum. Si enim attribuamus eis actum iuſtitie deriſorium videbitur: cum nō ſit iuſtitia niſi apud eos q̄ ſunt cōnegociatores: ⁊ cetera q̄ ſimilanᷓ eis: ⁊ ſi attribuaᷓ eis actus fortitudinis oportet vt obuient rebus timoroſis ⁊ periculoſis: ⁊ in quibus eſt interitus. Et ſimiliter ſi attribuanᷓ eis actiones liberalitatis erunt eis numiſmata ⁊ pecunie: ⁊ ſi attribuantur eis actiones caſtitatis: quid erit hoc niſi tranſmutatio eorum a laude ad vituperiū: eo q̄ non ſunt eis deſideria praua. Et vniuerſaliter qn̄ ſummatim collecte fuerint actiones oīum virtutū: parebit q̄ exigue ſunt: neq; digne dici pn̄t de deo ⁊ angelis: verūtn̄ oēs vidēt: qm̄ vitā hn̄t: actū igiᷓ hn̄t: nō decet. n. vt ſint dormiētes. ¶ D. vt qđ fecit tales qn̄ negauit in eis eſſe vitā. Cūq; ſint viui nō remanet eis ex actionibus conuenientibus ſibi plus q̄ꝗ̄ actus ſpeculādi intellcꝰ: ⁊ cū ſic ſit erit actus dei ⁊ angelorū quē agūt in excellētia ſue glīe ſpeculatio: ⁊ actus human⁹ cognat⁹ huic eſt felicitas. ¶ D. ⁊ ſignū hui⁹ eſt q̄ nullus cōparat cetera aīaliū ad felicitatē queadmodū hoīe cōparat ad eā cū puata ſint hmōi actu puatiōe cōpleta: itēdo actū itellcꝰ: ⁊ pp hoc ē vita cōpletorū ex entibus

deſideratiſſimi ſtatus:intendo qn̄ fuerint actiones ipſoꝛū vt iſta actio:homines autē cōparant felicitati ſm mēſurā que in ipſis eſt de iſto actu. Cetera vero aīalia quēadmodū diximꝰ nihil habēt felicitatis:eo ꝙ nō mutātur ſpeculatione in aliqua rerū:intēdo nec in ſciētia nec in opatione. ❡D. Ideoqꝫ eſt felicitas amplius in illis q̄ vtunt̄ ſpeculatione plus: ꝛ iſti ſunt felices:nō ꝑ modū accidētalē:ſed ꝑ intuitū ꝛ ſpeculationē iſtum.eſt.em̄ felicitas per ſe intellectu alijs valde. ❡D.Cunqꝫ iſtud foꝛmatū fuerit erit felicitas intuitꝰ quis:attamē indiget felix cū ſit homo bonitate ſtatus ab extra volūtarie:in natura em̄ nō eſt ſufficiētia oīs eius qđ vſui ꝑtinet:indiget ei ſanitate coꝛꝑis ꝛ nutrimēto ꝛ ceteris neceſſarijs ꝛ obſequijs. ❡D.Non tn̄ ꝓꝑ hoc arbitrādū ꝙ dn̄s felicitatis indigeat rebꝰ plurimis ab extrinſeco: eo ꝙ nō poteſt eſſe deſiderabilis cōſiſtētie abſqꝫ bonis exterioꝛibꝰ:ſufficiētia ei nō eſt ī honoꝛibꝰ:ꝛ nō in opatiōibꝰ:poſſibile em̄ eſt vt agat actiōes bonas nobiles is qui nō eſt dn̄s terre ꝛ maris:poteſt em̄ quis eſſe d: inferioribus ꝛ agere actiones virtuoſas:ꝛ huiuſmodi patēs eſt declaratio. Non putat̄ em̄ de inferioꝛibꝰ in poteſtate ꝙ minus agāt de eo ꝙ opꝫ ex actionibus q̄ꝫ dn̄i poteſtatū:inimo amplꝰ operant̄ q̄ꝫ alij ꝛ in actionibꝰ virtutis eſt ſufficiētia felicitatis qn̄ inuēte fuerint:eo ꝙ vita agētis ſm virtutē erit beata.❡D.Et foꝛtaſſis bene dixit.N.qn̄ indicauit: ꝙ beati ſunt illi quibꝰ ꝓuiſum eſt ſufficiēter ex rebꝰ extrinſecis:ꝛ egerūt actiones bonas nobiles: quaſi vita ipſoꝛū eis intimauerit qđ cōpetit ipſis:poſſibile nāqꝫ eſt vt agat:qđ opꝫ ſiꝗ poſſidet modicū.❡D.neqꝫ em̄. Anaxa.videt̄ reputaſſe felicem diuitē nec potentē cū dixit:nō eſt mirādū de hoc qđ putauerūt plēs incōueniēs eſſe qđ dixerūt felicitatē nō eſſe diffiniendā ꝑ ea q̄ extrinſecus ſunt:cū ipſi nō ſenſerint niſi iſta tm̄. ❡D.Et videt̄ ꝙ ꝓfeſſio ſapiētū cōuenīēs ſit dictionibꝰ eoꝛū in iſtis rebꝰ ꝛ teſtificās eis in ſermonibꝰ. Nāqꝫ de iſtis rebꝰ eſt q̄dē ꝑſuaſio tm̄ in eo ꝙ dictoꝛ aſſerit.Ueritas aūt in operationibus eſt: ꝛ cognoſcit̄ q̄dē certitudo aſſertionis ex opationibꝰ bonis ī vita ſua:in iſtis nēpe verax diſcernit̄.❡D.Cōſiderādū igit̄ qđ dictum eſt de iſtis rebꝰ ꝛ interpꝛetādū ꝑ actiōes dictoꝛis in vita ſua.Si em̄ cōueniāt dictis recipiemꝰ ea:ſi ꝟo deſiderāt putat̄ de eis qđ putat̄ de dicto nō ꝯueniēte facto. ❡D.De eo aūt q̄ agit ꝑ intellm̄ ꝛ fuerit obſequiū eiꝰ intellectui:ꝛ diſpō eiꝰ diſpō bona:vr̄ ꝙ ſit amās deū valde. Et ſi q̄dē cura ſit deo de hoībus vt credit̄:ꝛ vt debitū eſt:ꝛ ſit q̄dē deus gaudēs de eo q̄ eſt melioꝛ:tunc gaudet de eo q̄ nitit̄ aſſimilari ei valde:ꝛ hic eſt intells dignus:eſt ergo vt benefaciat eis q̄ amāt ipſuꝫ plus:ꝛ vt honoꝛificet eos ꝛ viſitet ipſos: ſicut eſt diſpoſitio amici cū amico ſuo: ꝛ eo ꝙ actio eoꝛū eſt actio nobilis ſana. ❡D.ꝙ aūt oēs iſte res exiſtūt vtplm̄ ſapiēti nō eſt ignotū neqꝫ occultum valde:dignus ergo eſt vt ſapiens cum ſit ſm hanc diſpoſitionem ſit beatꝰ.

U
Q̄uō deo cura ſit đ hoībꝰ ſm Cō.Uide 12.meta. cō.37.

❡Capitulum vndecimum.

An igitur ſi et de his et de virtutibus: et de amicitia ac voluptate ſatis eſt dictum: iam finem habere putandum eſt intentionem noſtram:vel quemadmodum dicitur non eſt in rebus agendis finis conſiderare ſingula: atqꝫ cognoſcere:ſed magis illa agere: nec ſane ſufficit ſcire : ſed conandum eſt illam habere et vti: vel ſi quo alio modo boni efficiamur. Si ergo verba ſatis eſſent ad faciendum nos bonos multam ac magnam mercedem: ſed theognidem merito repoꝛtarent : et opoꝛteret illa parare.

Peroratio opis.

Nunc autem conſtat illam vim habere vt prouocare ac propelle re iuuenes eos qui ingenui ſunt: poſuitq; generoſum morem ve re honeſtatis amantem virtuti obnoxiū facere. Sed vulgus nō poſſe ad probitatem inducere: nō enim tales ſunt vt verecūdi ob temperent: ſed metu. Neq; vt abſtineant a prauis pp turpitudi= nem: ſed pp penā. Affectu enim viuētes proprias voluptates ac eas que illas efficiunt perſequunt. Fugiunt vero his oppoſitas moleſtias. honeſtatis autē ac vere voluptatis quā nunq̄ guſta= runt ſine cura ſunt: tales igitur que verba traducerent. nō enim poſſibile eſt neq; facile que ab antiquo morib⁹ occupata ſunt ea verbis mutare. ſed bene agi putādum eſt ſi omnibus exiſtentib⁹ per que boni fieri videmur virtutē ſuſcipiemus: fieri vero bonos

A Nā h eſt i nr̄a ptā te: ſ; p q̄ſ= dā diuinā cām vere fortunat⁹ exiſtit.

exiſtimāt: alij natura: alij conſuetudine: alij doctrina. Natura qui dem nō eſt in noſtra poteſtate: ſed per quādam diuinā cauſam ve re fortunatus exiſtit: ſermo autē ⁊ doctrina nunq̄ in omnib⁹ vi= res habent: ſed oportet vt ante cultus ſit moribus auditoris ani mus ad recte gaudendū edendūq; tanq̄ ager qui ſemina ſit nu= triturus. Nam qui ſm perturbationem animi viuit: nec audiret monentis ſuaſiones nec intelligeret. Et vero qui ita diſpoſitus eſt quomodo cōtrarium ſuaderi poteſt. Perturbationes eñi ani= mi nō videntur penitus cedere verbis: ſed violētie. Opus eſt igi tur vt mos preexiſtat ad virtutem quodāmodo aptus amās ho= neſta ⁊ turpia indignans: ſed ex pueritia difficile eſt recta indu= ctione ad virtutem potiri: niſi ſub talibus educatus ſit legibus. Nam viuere modeſte ⁊ temperate plurimis ac preſertim iuueni= bus non eſt iocundū. Quāobrem legibus cōſtitutū eſſe oportet circa educationem ⁊ exercitia. Non enim moleſtiā afferrent ſi fue rint conſueta: nec fortaſſe ſatis eſt vt iuuenes recta educatione ⁊ cura potiātur. Sed quoniā etiā viros factos oportet eadē exer= cere ac moribus tenere. Ad hec quoq; legibus indigebimus om nino recte per totam vitam. nam plerīq; neceſſitati magis q̄ ra= tioni parent: ⁊ penis q̄ honeſtati. Quapp exiſtimāt quidā opor tere legum poſitores prouocare/⁊ exhortari debere homines ad virtutem honeſti gratia: vtpote illis qui boni ſunt ea ſecuturis. Aduerſus autem inobediētes ⁊ tardiores penas ſuppliciaq; im ponere. Qui vero tales ſunt vt emendari non poſſint eos peni= tus exterminare debere. Nam probum virum ⁊ honeſte viuen= tem rationi pariturum eſſe. Improbum vero libidinibus obno= xium quaſi beluam quandam ſub iugo poſitam per dolorem eſ= ſe coercendum. Itaq; putant penas tales eſſe debere vt concu= pitis voluptatibus maxime aduerſentur. Si ergo vt dictum eſt eum qui bonus futurus ſit recte educatū ac inſtitutum moribus eſſe oportet: ac ſubinde in exercitijs laudabilibus viuere: et nec ſponte neq; inuitum praua facere. Hec vtiq; erunt viuentibus

ſm quandam mentem ⁊ ordinationem rectam precepti vim ha-
bentem. Patris igitur ordinatio vim ⁊ neceſſitatem non habet:
nec alterius cuiuſdam ſoli viri: niſi ſit rex aut huiuſmodi. At lex
vim habet neceſſariam. Ratio exiſtens a prudentia quadã ⁊ mẽ
te: ⁊ homines eos qui cupiditatibus ſuis aduerſantur: ⁊ ſi recte
faciant: tamen indigne ferunt. Lex autem non eſt moleſta iubẽs
probitatem. In lacedemoniorum ciuitate vel ſola vt paucis cu-
ra publice videtur adhibita a legumlatoribus circa educationẽ
⁊ exercitia. In alijs vero ciuitatibus iſta neglecta ſunt: et viuit
quiſq; vt vult cyclopum inſtar, regens filios ⁊ vxorem. Sed opti
mum foret publice recteq; curaꝫ adhibere idq; facere poſſe. Qñ
ſi publice negligeretur vnicuiq; cure eſſe debet filios: ⁊ amicos
ad virtutem dirigere: vel ſaltem id conari. Poterit autem maxi-
me ſm predicta ſi legiſlator fiat: nam publicas quidem curas cõ
ſtat per leges fieri: laudabiles autem per ſtudioſas leges. Nec
referre videtur vtrum per ſcriptas: vel ſine ſcripto: nec per quas
vnus vel plures inſtituatur: ceu nec in muſica et gymnaſica et
alijs diſciplinis. Vti enim in ciuitatibꝰ vim habent leges et mo
res: ſic in domibus paterni ſermones ⁊ mores: ac plus etiã pro-
pter cognationẽ ⁊ beneficia collata. Sunt eñ iampridẽ affectio
ne deuincti: ⁊ facile illis ſuadere natura. Differũt etiã priuata in
ſtituta a publicis: veluti in medicina. Uniuerſaliter eñ febricitã-
ti confert abſtinentia ⁊ quies. Eſt tamen fortaſſe aliquis cui non
confert. Magiſter etiã ludi non eandẽ cunctis pugnã imponit.
Certius autẽ ſingula magis declarari videntur adhibita priua-
tim cura: magis eñ eo quo dꝫ potitur q̇lq;. Sed ⁊ medicus ⁊ lu
di magiſter ⁊ alius quilibet qui vniuerſalia ſciat de omnibꝰ ⁊ ta
libus optime curaret. Nã vniuerſalis quidẽ ſciẽtia dicunt̃ ⁊ ſunt.
At vnum aliquẽ nihil forte vetat recte curari etiã ab eo qui ſine
ſcientia ſit/ſi cõſpexerit diligenter contingentia in vnoquoq; per
experientiã. Queadmodũ ⁊ medici quidã ſibi optimi vident̃: ſed
alijs non ſufficere: nihilominus ille qui eſſe velit artifex ⁊ contẽ-
platiuus ad vniuerſale videndũ eſt: ⁊ illud internoſcendũ quoad
poteſt. Nã ſcientie circa hoc ſunt vt diximus. Forte etiam is qui
meliores facere velit vel multos vel paucos conandũ eſt vt legiſ
lator fiat. Siquidem per leges boni fieri poſſumus. Quãuis eñ
⁊ qui datus ſit diſponere recte nõ eſt cuiuſq;. ſed ſi alicuius eſt. ſ.
ſcientis: vt in medicina ⁊ in alijs in quibus eſt cura aliqua ⁊ in-
telligentia. An igitur poſt hoc conſiderandum fuerit non ⁊ quo
modo legumlator quis fiat: vel quemadmodum in alijs ab his
qui in repu. verſantur. Nam reipu. pars hec eſſe videtur: vel non
ſimile eſt in repu. ac ceteris ſcientijs ⁊ facultatibus. Nam in
alijs quidem videntur eſſe doctores ⁊ operatores ceu medici et
pictores. At ſcientiam gubernandarum rerumpub. ſophiſte pro-

fitentur quorũ nullus.rep.gerit.ſed illi qui in illa verſantur: ⁊ hi facultate quedã id agere videtur: ⁊ experientia magis q̃ intelligentia: conſtat enim eos de his rebus nec ſcribere nec loqui. At qui preclarius id foret q̃ orationes in iudicio vel cum omnibus habere. Nec rurſus filios ſuos aptos ad remp.efficiunt: nec amicorum aliquos quod facerent certe ſi valerẽt. Neq; enim melius quicq̃ ciuitati ſui relinquere poſſent: neq; ſibiipſis aut his quos chariſſimos hñt magis quicq̃ optarẽt q̃ huiuſmodi potẽtiã:nõ tamen parũ videtur experientia conferre: nõ enim fieri poſſent ꝑ conſuetudinẽ ad rempu.aptiores. Itaq; ⁊ his qui cupiunt de repu.habere ſcientiã:opus eſt inſuper experimento: ⁊ ſophiſte qui id ꝓfitentur longe abeſſe videntur a docendo. Quale enim id ſit aut circa qualia penitus ignorant: non enim idem eſſe ꝙ rethoricam nec abiectionẽ poſuiſſent:nec putarent eſſe facile leges ferre colligenti preclaras leges: nam eligi poſſe optimas: quaſi vero electio non ſit intelligentie:ac maximum iudicare recte vt in muſicis. Experti enim in ſingulis recte iudicant opera: ⁊ per que et quomodo perficiatur intelligunt. In expertis vero ſatis eſſe putandum eſt ſi nõ latet ipſos vtrum bene vel male factum ſit:quẽadmodum in pictura. Leges autem publica opera videntur. Quomodo igitur ex his lator legũ fieri quis poteſt: aut eas que optime ſunt intelligere:non enim videntur:neq; medici quidem ex libris fieri:q̃q̃ conantur illi non ſolum curas dicere:ſed etiã modum per quem medicina ſit tradenda ⁊ vt cõuenit curare: cuiuſq; diſtinguens habitudines. At hec expertis quidem videntur vtilia:his vero que ſine ſcientia ſunt inutilia: forte etiam ⁊ legum ⁊ rerumpub.collationes his qui ꝑſpicere ⁊ iudicare valent quidem recte:vel contra: vel qualia qualibus congruant vtilia eſſe poſſunt. Sed ille qui ſine habitu iſta ꝑſuaderet/recte iudicare non poſſet:niſi fortuitu. Intelligentiores vero in his fortaſſe fient. Cum igitur antiqui illa que ad poſitionem legum pertinẽt intacta reliquerint:nos conſiderare melius erit: ⁊ omnino de repub.vt quantum fieri poteſt de rebus humanis philoſophia ꝑficiatur. Primum igitur ſiquidem in parte dictum ſit a maioribus recte id conemur referre. Deinde ex collatione rerumpub. conſiderandum eſt qualia iſta ſint que ciuitates euertunt.⁊ qualia vnamquamq; rempub.⁊ per quas cauſas alie recte: alie contra gubernantur: his enim viſis forte magis intelligimus quis reipub.ſtatus ſit optimus:⁊ quomodo vnaqueq; reſpub. conſtituta ſit:⁊ quibus legibus ⁊ moribus.

11 ¶ Undecimũ capitulũ ꝙ nõ ſufficit predicta de felicitate ⁊ virtutibꝰ ⁊ amicitia ⁊ delectatione ſcire: ſed magis oportet eo operari cum ſermones ſoli de predictis ſolũ prouocẽt ⁊ moueãt iuuenes bene nutritos aliis nõ potẽtibꝰ ſermonibꝰ obedire:ſed timori vel pene ꝙ manifeſtat certũ ex eo ꝙ q̄dã

ſiunt boni nã qđ nõ eſt in nobis:ſed eſt dei donũ:quidã ꝯſuetudine qđ eſt
in nobis:quidã vero doctrina.ſ.hñtes animã ꝑparatã ꝯſuetudinibus: vi=
uentes vero ſm paſſiones:nec audire curant:vñ nõ obediũt ſermoni:ſʒ ſo=
li violentie pp que opʒ legibus ordinatam eſſe iuuenũ nutritionẽ:vt bona
fiant nõ triſtia ex aſſueſcentia:⁊ non ſolũ iuuenũ:ſed et virorum ⁊ ſenũ: et
obtẽperãtes legibus premienᷓ:inobediẽtes puniantur:triſtitijs oppoſitis
amatis delectationibus incorrigibiles exterminenᷓ.q̃cꝫ iterum opʒ leges
opponi pp ipſas hr̃e coactiuã potentiã ad bona:in quibus'opʒviuere:quã
nõ hʒ viuus:vtpote patris ꝓceptio:⁊ ꝓpter legẽ non eſſe onerosaʒ velut ex
inuidi a latã:ſicut eſt ꝓceptio:⁊ pp in paucis ciuitatibus eſſe leges poſitas
dirigẽtes cuiuſcꝫ etatis mores:ſed viuit quiſcꝫ vt vult. D.

A igitur in eo qđ dictũ eſt de felicitate in hoc libro:⁊ de
virtutibus et de amicitia ſufficiẽtia eſt ł hoc
ꝙ ſciatur tantũ:aut non. Arbitrandũ eſt enim:q̃m opʒ vt ſint
cõprehenſa nobis per terminos et deſcriptiões ⁊ vſitata. Nã
vt dr̃ nõ ſufficit in eo:cuius natura eſt vt agatur ſcire tantuʒ
abſcꝫ vſu:non eſt ergo in ſcia virtutis ſufficiẽtia:imo ſtuden=
dum eſt eius cognitioni:vt conandũ vſitationi ipſius ⁊ vſitationi rerum
alienarum:vt efficiamur boni per modũ aliquẽ ex modis bonitatuʒ: ſi nõ
eſt in ſermonibus ſufficientia in virtute. ¶ D.⁊ pp hoc recte dictũ fuit:q̃m
indigetur acceptione iurationis multe ⁊ ſecuritatis magis mote per ipſam
in adeptione ipſius ſicut. ¶ D. N.⁊.N. D. Et patens eſt:q̃m notitia virtu=
tum potẽs eſt mouere in adeptione carũ eos q̃ liberi ſunt ex adoleſcẽtibus
⁊ excitare ſm equalitatẽ oẽm qui nobilis eſt generis ⁊ amat bonũ ſm veri
tatẽ:plures aũt non põt expaueſcere vt moueanᷓ ad bonum:eo ꝙ ipſi non
ducunᷓ ad bonũ verecundia:ſed metu ⁊ pauore:necꝫ ꝓhibenᷓ a malis pro
pter earum turpitudinẽ:ſed propter penarum ſuſpitionem. Cum enim ſm
paſſiones viuant requirũt delectationes ſuꝑpſius:⁊ res per quas fiunt de
lectationes ⁊ fugiũt a triſtitijs oppoſitis delectatiõibus:bonũ vero quod
eſt bonũ ſm veritatẽ:necꝫ cogitatũ eſt apud eos:quãtomagis necꝫ opera
tum cũ nõ guſtauerint ipm̃. Quis igitur ſermo mouebit iſtos:⁊ permuta
bit eos a ſtatu ſuo. Impoſſibile enĩʒ eſt aut non facile mutare per ſermonẽ
eũ qui iam induratus eſt in moribus antiquis tẽpore longo. ¶ D. Et for=
taſſis amabimus acquieſcere virtutes q̃ñ fuerint nobis vniuerſe res quas
videmus eſſe bonas. ¶ D.⁊ quidã hoĩum putanᷓ eſſe boni per naturam:et
quidã per doctrinã. Et ptʒ q̃m qđ de hoc eſt per naturam non eſt a nobis:
ſed eſt per grãm quandã diuinam illis:quorum fortuna bona ⁊ veraciter.
Sermo aũt ⁊ doctrina non eſt efficax ad faciendũ virtutẽ in oibus: ſed opʒ
vt ſit aĩa q̃ vtitur ſermone ł virtute iam vſitata ⁊ aſſueta bono ⁊ ĩbuta cre=
ſcẽdo in vſu boni ł amore recti:⁊ in odio ꝯtrarij eiꝰ ſicut amat ſeges terraʒ
q̃ nutrit eã:nã illi q̃ viuũt ſm paſſiões beſtiales nõ audiũt ſermonẽ ꝯuertẽ
tẽ eos ab aliq̃:necꝫ intelligũt ipm̃. Qui ĝ fuerit in hoc ſtatu qualr̃ eſt poſ̃e
vt ꝑmuteᷓ eius ꝯſcientia:⁊ vl̃r opʒ ne putetur ꝙ iſti morbi morales reduci
poſſint cogẽdo per ſermonẽ. ¶ D.⁊ opʒ vt ſit mos ante virtutẽ:intẽdo ante
actiones virtutis:⁊ vt ſit prius:⁊ vt ſit ex more ſuo amor pulchri:⁊ odium
turpis. ¶ D. vt aũt inueniaᷓ virtus ſana ex vita pueri difficile eſt: niſi fue=
rit enutritus ſm legẽ nobilẽ:eo ꝙ qui nõ creuerit ſm legẽ nobilẽ vtiᷓ caſti
tate per modũ ꝯtinentie:⁊ vſus caſtitatis per modũ ꝯtinẽtie eſt indelecta
bilis apud plures. ¶ D. Ideocꝫ opʒ vt metiamur dietã puerorꝫ ⁊ actus eo=
rũ per leges. Ipſi enĩ q̃ñ creuerint ſm eas nõ erũt eis contriſtabiles ꝓpter
aſſuetudinẽ earũ. D. Et fortaſſis nõ erit in regimine dicte puerorũʒ ⁊ recta

gubernatione eoꝝ quãdiu durauerint in pueritia ſufficiẽtia. Sed oꝫ etiã
ꝙ qñ peruenerint ad terminũ viroꝝ vtant ea ⁊ aſſueſcant eam: ⁊ indigẽt
in hoc etiam legibus: ⁊ etiam indigent legibus in tota vita: plures enim
ducuntur neceſſitate ⁊ coactione plus ꝙ̃ ſermone: et malo plus ꝙ̃ bono: ⁊
ꝓpter hoc vident quidam hoies: qm̃ oꝫ vt legiſlatores ↄſtringãt homies
ad recipiendũ virtutẽ: ⁊ vt hoc ponant pro lege non propter ſuos tantum:
ſed ⁊ ꝓpter eos qui ſeruis ſimilantur in natura ſua cũ obediant quidem le
gibus per ſermonem viri emeriti in quibꝰ iam preceſſit conſuetudo ⁊ ado=
ptauerunt alas ſuas: ⁊ ꝓpter hoc vident: qm̃ oꝫ vt ponant modos pena=
rum ⁊ vltionis in eum qui non obedit: ⁊ eſt peruerſe nature. Qui vero irre
ctificabilis eſt tollatur de medio: nam aptitudinẽ habenti ⁊ idoneitate ꝗ
amat bonũ perſuadetur per ſermonẽ: malus enim concupiſcens delectatio
nes oꝫ vt affligatur tormentis: quaſi beſtia: ideoqꝫ dixerunt: qm̃ expedit
vt imponant pene contrariantes delectationibus amatis: intendo vt po=
nat cuilibet delectationi triſtitia que ſit tanꝙ̃ ↄtrarians ei naturaliter.
¶D. queadmodũ aũt dictum eſt: oꝫ qui vult fieri bonus vt vtatur eo qꝺ
pertinet bonitati: ⁊ vt non faciat maluꝫ: neqꝫ voluntate ſua: neqꝫ abſqꝫ ſua
voluntate: ⁊ hic quidẽ fit illis qui inhabitant ciuitates ſani intellectus: et
quas ordinat vir ſtrenuus: ⁊ non inuenitur iſtud in ciuitatibus: niſi ex pte
mandatoris ſtrenui cogẽtis eos ad hoc: non inuenitur aũt potentia coacti
ua ad hmõi in mãdato viri vniꝰ niſi ſit rex tanꝙ̃ rex abſolutus: intẽdo vir
tuoſum bonũ. Lex aũt habens potẽtiã coactiuam qñ fuerit ſermo ꝓcedẽs
a ſcia ⁊ intellectu. ¶D. ⁊ habentes legẽ inimicantur eis ꝗ contrariant ipſis
in actionibus: ⁊ ſi ſint actiones eoꝝ ſane. Attamen lex non eſt grauis: qm̃
ordinat qꝺ oꝫ. ¶D. ⁊ putat de legiſlatore in ciuitate laccdemonia tantũ:
qm̃ premandauit adhiberi diligentiã circa dietã ⁊ modũ viuendi in rebus
paucis: in pluribus vero ciuitatibus iam periit conſideratio in hmõi rebꝰ
⁊ ꝓpter hoc viuit quilibet hoim ad libitum ⁊ voluntatem ſuam cũ filiis et
vxore in ſemetipſo: ſicut vixit ꝓut libuit cum filiis ⁊ vxore: ſed vult ⁊ eſt vno
virũ famoſum apud ipſos: per hoc ꝙ accidit ei de libito viuẽdi malitia ſta
tus cum vxore ⁊ filiis: hoc qꝺ dixit eſt res manifeſta valde in ciuitatibus q̄
ſunt ſuper faciẽ terre in hoc tpe. ¶D. ⁊ melius eſt ꝙ ex regimine in iſtis re
bus eſt ꝓuiſio cõis ſana: quã poſſe eſt eſſe in vſu ⁊ qñ fuerit regimen iſtud
dat tanqꝫ non bonis viris nequaqꝫ tutum. Videntur autem hi q̄
in hac poteſtate conſtituti ſunt largiendi gratificandiqꝫ permul
tam facultateꝫ habere. Quapꝛopter melius erat eos ratione red
dendi ſubiectos eſſe: nunc autem non ſunt. ¶ Videtur ephoꝛoꝝ
magiſtratus omnes alios magiſtratus coꝛrigere. In hoc autem
nimium certe illis permiſſum: ⁊ non per hunc modum dicimus
rationem reddere opoꝛtere. Inſuper creatio ipſa ſenatoꝛum quā
per ſuffragia faciunt: perleuius eſt: ac ipſuꝫ petere qui eligendus
ſit non recte ſe habet. Opoꝛtet ⁊ volentem ⁊ non volentem ad
magiſtratum aſſumere: ſi dignus ſit eo magiſtratu. Nunc autem
idem facere in hoc videtur legiſlatoꝛ: qđ ⁊ in alia repu. Ambitio
ſus enim faciens ciues: illis vtitur ad ſenatoꝛum delectum. Ne-
mo enim magiſtratum petet niſi honoꝛis ſit affectoꝛ: atqꝫ pleraqꝫ
eoꝛum que homines iniuſte faciunt per ambitionem ⁊ auaritiaꝫ
committuntur. ¶ De regia vero poteſtate vtrum melius ſit eam
in ciuitatibus exiſtere nec ne: alia foꝛet diſputatio. Attamen me-
lius non vt nunc quidem: ſed pꝛo vita cuiuſqꝫ regis iudicare. Qđ
autem nec ipſe quidem legiſlatoꝛ: credit ſe facere bonos ⁊ hone-
ſtos: manifeſtum eſt. Diffidit enim quaſi non ſit ad ſufficien-
tiam boni viri. Itaqꝫ legatos ſimul mittebant inimicos ac ſalu-
tem ciuitatis eſſe putabant ſeditiones regum. Non bene etiam
circa comeſſationes que illi Phiditia nominant: conſtitutum eſt
ab initio. Opoꝛtebat eniꝫ magis ex publico eſſe conuentum: quē
admodum in Creta: ſed apud Lacedemonios vnuſquiſqꝫ con-
ferre habet: ⁊ ſi ſunt quidem longe pauperrimi qui huiuſmodi
ſumptum nequeant ſufferre. Ex quo fit vt legũlatoꝛi contra eue
niat que ipſe voluerit. Voluit enim ciuitatem popularem facere
per comeſſationes: ſed contra accidit: cum non ſit facile pauperi
bus comeſſationum eſſe participes. Moꝛe enim maioꝛuꝫ ſic apđ
eos diffinitur: vt qui comeſſationum particeps eſſe nequeat:

F pleraqꝫ coꝝ q̄ homines iniuſte faciũt p ambitionē ⁊ auaritiaꝫ cōmittuntur.

tis ad reſpub. gubernationē nō admittatur. Regē vero que eſt circa prefectos claſſis ⁊ alij quidā improbarunt. Recte quidē. Eſt em̄ ſeditionis cauſa. Nam cū reges ſint belli duces ꝑfectura illa perpetua fere alterum eſt imperiū. Et ſic ſuppoſitioni legiſlatores ſuccenſeri pōt. Quod ⁊ Plato in legibus ſuis cenſuit. Ad ꝑtem em̄ virtutis tota ordinatio illarū legū ꝯtendit. ſ. bellica. Hec autē vtilis ad victoriā ꝯſequēdā. Itaqꝫ ſalui erant bellū gerentes: peribāt vero rerū potiti: qm̄ nec ociū agere: nec quicqꝫ aliud exercere ſciebant preſtabilius q̄ꝫ rem militarem. Illō quoqꝫ erratum non ſane minus ꝙ putant bona illa que ad bellum pertinēt ex virtute magis q̄ꝫ ex votis fieri: ⁊ in hoc quidē recte: ſed ꝙ hec potiora q̄ꝫ virtutem ipſam putāt: in hoc non recte. Male etiā circa pecuniā publicā conſtitutū apud illos eſt: q: neqꝫ in publico habent quicqꝫ: ⁊ magna bella gerere coacti pecunias egre cōferunt. Nam q: ſpartiatarū eſt plurimū agri: non examinant inuicē collationes: ⁊ euenit legiſlatori contra quā cōmodum eſt publice inopiam: priuatiꝫ auaritiā inducere. ¶ De lacedemoniorum igr̄ repu. hactenus dictū ſit: nā hec ſunt que maxie quis reprehēdat.

¶ De Repub. Cretenſium. ¶ Cap. octauū.

Cretenſium vero reſpu. huic finitima eſt: habet autē quedā nō deterius: ſed plurima minus nitide. videt̄ autem ⁊ fertur Lacedemonioꝝ reſp. in pluribus imitata Cretenſem. Vetuſta autē pleraqꝫ rudiora ſunt

A vetuſta āt pleraqꝫ rudiora ſūt nouis.

nouis. Ferunt enim Lycurgum poſt dimiſſam Charilli regis tutelā cū longo tp̄e peregrinaretur in Creta plurimū fuiſſe diuerſatū ꝓpter cognationē. Erant em̄ Lyctij Lacedemoniorum coloni. ſuſceperant autē hi qui in eam Coloniā venerant inſtituta legum: tunc in antiquis habitatoribus obtinētia. Quapropter ⁊ nunc Perieci eodē modo illis legibus vtuntur: quomodo eas Minos conſtituit primus. Videtur autem hec inſula ad principatum grecie eſſe nata ac ꝓclare ſita. Cuncto nāqꝫ imminet mari. Cum fere greci omnes circū mare ſint poſiti. Abeſt enim hinc modicū a Peloponeſo: illinc vero ab Aſia circa Triopium ⁊ Rhodum. Quare imperium maris obtinuit Minos: ac ⁊ inſularum alias ſubegit: alias vero dudum incultas habitari fecit tandem Siciliam aggreſſus circa Camerinam defunctus eſt. Habet enim conuenientiam Cretica inſtitutio cum Laconica. Agriculturam exercent: apud hos quidem Ilote: apud illos vero Perieci. ⁊ comeſſationes ſunt apud vtroſqꝫ: ⁊ antiquitus nuncupabant Lacedemonij hic non Phiditia: ſed Andria quēadmodum Cretenſes. Ex quo palā eſt inde proueniſſe inſuper reſpub. inſtitutio. Ephori nāqꝫ eandem vim habent quā in Creta hi qui Coſmi appellantur: niſi ꝙ Ephori quinqꝫ ſunt: Coſmi autē decem. Senatores autem pares ſunt ſenatoribus quos

B Laus ma gna de cretēſi inſula.

C

vocat Cretas:conſilium.Regia autem poteſtas fuit primo apud
Cretas:poſtea illam ſuſtulerunt:illam imperio in bello ad Coſ-
mos tranſlato.Concio autem oībus communis eſt:ſed aliā nul-
lam hʒ auctoritateʒ ꝙ ea comprobandi q̄ a ſenatorib⁹ ⁊ Coſmis
fuerint ante decreta. Que igitur de comeſſationibus conſtituta
ſunt: melius apud Cretas ꝙ apud Lacedemonios hn̄t. Nā apd
Lacedemonios vnuſquiſꝙ certum quid in ſingula capita taxatū
ſoluit:quod niſi faciat a repub.repellitur:vt prius diximus.At in
Creta communius eſt.ex cunctis enim que a terra ꝓueniunt vel
armentis:ex publicis:⁊ his que afferunt perieci diuiſio fit: vt ps
vna ad deorū cultū:⁊ publica onera:pars ad comeſſationes de-
putetur. Ac ita ex publicis omnes ⁊ mulieres:⁊ pueros:⁊ viros.
Ad temperantiaʒ autem cibi quaſi vtilis ſit multa legiſlator phi-
loſophatus eſt.Et de mulierum diuortijs ne ſuperfluam pariant
multitudinem proſperis alio introducto vſu. Quod vtrum pra-
ue vel non praue conſtitutum ſit:aliud erit conſiderandi ipſius.
Sed ꝙ circa comeſſationes melius ꝓuiſum ſit apud cretas:quaʒ
apud lacedemonios manifeſtum eſt. At circa coſmos deterius
ꝙ circa ephoros. Quod enim male habet ephororum magiſtra-
tus:id eſt ⁊ in illis.Sumuntur enim quiuis ſed ꝙ in his prodeſt
reipu.illic non eſt.Nam hic:q: ex omnibus aſſumptio eſt:ꝑticeps
populus ampliſſimi magiſtratus vult manere rempub.Illic au-
tem non ex omnibus ſumuntur coſmi:ſed ex quibuſdam familijs
Et ſenatores ex his qui coſmi iam fuerunt de quibus idem dici
poteſt quod de his que apud lacedemonios fiunt.Nam eſſe libe-
rum magiſtratum atꝙ ꝑpetuum maius eſt munus quam digni-
tas eorum meretur:⁊ non ſm legem ſcriptam iudicare : ſed ſecū-
dum quod ſibi videtur periculoſum eſt.Quieſcere autem plebeʒ
non ꝑticipantem:nullum ſignum eſt bene cōſtitute ciuitatis.Nec
quicꝙ ſuſceptionis eſt coſmis quemadmodum ephoris abeūtꝙ
per inſulaʒ longe a contendentibus. Medicina vero quam huic D
delicto adhibent ridicula eſt:nec ciuilis ſed tyrannica . Sepenu-
mero enim aut collegę illorum aut priuati homines inſurgentes
per ſeditionem coſmos expellunt. Licet etiam coſmis ſeipſos ma-
giſtratu abdicare. Enimuero hec omnia p̄ſtabat lege fieri ꝙ pro
hominum voluntate.Non enim ſecura eſt regula.Omnium vero
deterrimum eſt potentiorum turbatio: quia tam ſepe concitant
cum penas dare volunt : per quam manifeſtum eſt habere eam
inſtitutionem aliquid reipu.ſed non eſſe rempu. ad potentatum
magis.Conſueuerunt autem concita plebe ⁊ amicis adunius ar-
bitrium rem deferre:ſeditioneſꝙ ⁊ prelia inter ſe miſcere. At vero
id quid differt ab eo ꝙ tandem ea ciuitas non ſit diſſoluta ciuili
ſocietate. Eſt auteʒ periculoſus hoc reipu.ſtatus ſiqui velint poſ-
ſintꝙ inuadere.Sed vt ſupra diximus ſeruatur ꝓpter locum qui

omnes aduenas excludit. Itaqꝫ parieti manent cretenſibus. Ue=rum Hilotes pſepe a lacedemonijs defecere. Non eīm erat in creta potentia ulla externa: ſed nuperrime bellum peregrinum irrupit in eam inſulam quod patefecit imbecillitatem legum ſuarū. De hac igitur repub. hec dixiſſe ſufficiat.

¶ De ſupiorum rerūpub. compatione. ¶ Cap. nonum.

Uidetur etiam carthaginenſium reſpu. bene conſtituta: multaqꝫ habere pter alias: quedam vero maxime ſimilia lacedemonijs Tres enim iſte reſpu. quodammodo A inter ſe ꝓxime ſunt multumqꝫ diſtant ab alijs. Cretica dico ⁊ Laconica ⁊ carthaginenſis. Multaqꝫ in ipſis ꝓuiſa ſunt recte. Signū eſt reipu. bene inſtitute ꝙ populus in ſuo ꝑmaneat loco: neqꝫ ſeditionem ullam vt ita dixerim vnqꝫ fecit neqꝫ tyrannum. Continet autem ſimilia lacedemoniorum reipu. Comeſſationes quidem ſodalitiorum phiditijs: centum autem ⁊ quatuor virorum poteſtas ephoris: pterqꝫ ꝙ non deterior. Nam illi ex contingentibus ſunt. Hanc autem poteſtatem ſuſcipiunt optimates Impator vero ⁊ ſenatus conueniunt lacedemoniorum regibus ⁊ ſenibus. Melius autem ꝙ impatorem non ſm genus: neqꝫ ex vili aut ꝓcellenti magis eligunt qꝫ ſm virtutem. Naꝫ qui magnā habent poteſtatem ſi ipſi nullius precij ſint multum nocent: nocueruntqꝫ iam lacedemoniorū ciuitati. Plurima igitur reprehēſorum ꝓp tranſgreſſionem conuiuia ſunt omnibus antedictis. Sed qꝫtum ad intentionem optimatum attinet: ⁊ reipub. quedaꝫ ad popularem ſtatum magis declinant: quedam ad paucorum potentiam. Nam referendi quidem ad populum aut non referendi aliqua impatores vna cum ſenatu domini ſunt: ſi omnes concordent: ſi non concordent populus ipſorū dominus eſt: quecūqꝫ retulerant magiſtratus de his non approbandi modo illorū ſententijs poteſtas ꝑmiſſa eſt populo. Uerumetiam ꝓ arbitrio conſtituendi ꝓuidendiqꝫ: ⁊ cuiuis contradicere relatis illorum licet: quod non eſt in alijs reſpu. quinqueuiratum viro qui multarum ac magnarum rerum poteſtatem habet ab illis eligi: ⁊ centumuiratum hos eligere qui eſt maximus magiſtratus: ⁊ hos plurimo tpe qꝫ alios imperium retinere (Nam ⁊ pfuncti magiſtratu imperant: ⁊ deſignati ad magiſtratum) ad paucorum potentiam ſpectat. Eſſe autem ſine mercede: ⁊ ſine ſortitiōe optimatium eſt ponendum: ⁊ ſi quid aliđ tale. Iudicia quoqꝫ omnia a cunctis magiſtratibus iudicari: ⁊ non ab alijs alia: vt apud lacedemonios. Tranſgreditur autem maxime ab optimatibus ad paucoruꝫ potentiam inſtitutio carthaginenſium in eo quod etiam multi comprobant. Non ſolum enim optimos: verum etiam ditiſſimos cenſet magiſtratibus eſſe ponendos: quaſi impoſſibile ſit qui egenꝰ

Qđ ſit ſignū reip. bñ īſtitute

exiſtat cum bene magiſtratum gerere: aut quietem optare. Si igitur ſumere diuitem paucorum potentie eſt: per virtutem autem optimatum. iſta quedam eſſet ſpecies tertia per quam conſtituta eſt apud carthaginenſes reſpub. Creant enim magiſtratus ad hec duo reſpicientes: ⁊ preſertim maximos: vt imperatores et pretores. Putandum enim eſt huiuſcemodi exceſſum ab optimatibus eſſe errorem legis conditoris: quem ab initio preuidiſſe valde neceſſarium fuit: vt optimi valerent quietem agere nec quicquam indecorum facere: non ſolum in magiſtratu: ſed etiam in vita priuata. Quod ſi inſpicere oportet ad opes gratia quietis: prauũ eſt maximos magiſtratus eſſe venales imperium ⁊ preturam. Hec enim lex precioſas magis facit diuitias quam virtutes: ac ciuitatem totam ad ſtudium pecuniarum conuertit. Nam quicquid apud ciuitatis principes habetur in precio: neceſſarium eſt ⁊ aliorum ciuium opinionem ſubſequi. Ubi autem non maxime honoratur virtus: ibi non eſt poſſibile firmum optimorum eſſe in repub. ſtatum. Aſſueſcere vero ad lucra rationabile eſt quando per largitionem adipiſcuntur dignitates. Abſurdum eſt enim: ſi pauper quidem aliquis: verum bone mentis lucrari velit: improbior autem nõ velit: cum ſumptus fecerit. Quocirca oportet eos qui poſſunt optime gerere magiſtratum aſſumere: probabiliuſque fuit ſi auctor legis opulentiam preſtantium virorum prouidiſſet: ac eorum qui in magiſtratu forent quieti proſperiſſet. Prauum etiam videri poteſt plures magiſtratꝰ ab vno homine geri: quod in honore eſt apud carthaginenſes. Unicum enim ab vno optime perficitur opus. Hoc etiam vt fieret prouidendum fuit a legumlatore neque cogendum eundem tibicinem eſſe atque ſutorem. Quare vbi non parua eſt ciuitas: magis ciuile eſt. vt plures participes magiſtratuum magiſque populare. Communius enim vt diximus: ⁊ melius ſingula conficiuntur atque celerius. Patet autem hoc in bellicis rebus ⁊ nauticis. In his enim ambobus per omnes (vt ita dixerim) trãſit imperare ⁊ parere. Sed cum ad paucorum potentiam vergat reſpu. eorum optime illud effugiunt: vt ſemper aliqua plebis pars ditetur ad oppida mittentes. per hoc illi arbitrantur ac certe efficiunt ſtatum ciuitatis permanere. Sed hoc eſt fortune opus. Oportebat vero non per fortunam: ſed per legiſlatorem id fieri. nunc autem ſi diuiſa fortuna incidat ⁊ plebs a gubernatoribus ſecedat: nullum eſt remedium legis ad quietem adhibitum.

Ubi ſi maxime honoratur virtus ibi ſi ẽ poſſibile optimorum firmũ i rep. eſſe ſtatũ.

Unicũ ab vno optime perficitur opꝰ

¶ Lacedemoniorum igitur ⁊ cretenſium ⁊ carthaginenſium reſpu. in hunc modum ſe habent.

¶ De republica Solonis ⁊ inſtitutoꝛibus rerumpublicarum.
Capitulum Decimum

Eoꝛum aũt q̃ de repub. aliquid tradiderũt: q̇dā nūq̃
verſati ſunt in gubernatiōe ciuitatis: ſed in puata
vita ocioſi vixerunt: de quibꝰ ſi quid dignum rela-
A tum fuit: ſupꝛa diximꝰ. Quidā legũlatoꝛes fuere: gu-
bernauerũtq̧ vel in ꝓpꝛijs ciuitatibꝰ: vel in alienis.
Et hoꝝ quidā ſolummō legũ auctoꝛes fuere: q̇dā ēt reipu. ꝯſtitu-
ende veluti Lycurgꝰ ⁊ Solon. Hi. n. leges ⁊ reſpu. ꝯdidere. Ly-
curgꝰ quidē lacedemonijs vt dictū eſt. Solon autē athenīēſibus
Exiſtimāt q̇dā Solonē legũlatoꝛē fuiſſe ꝑclarū. Nā ⁊ paucoꝛuꝫ
potētiā ſuſtuliſſe / q̃ nimis intēperans erat: ⁊ plebē a ſeruitute li-
berā / ac ſtatum popularē in pr̄ia ꝯſtituiſſe: optimeq̧ rēpu. tēpe-
raſſe. Nā eſſe cōſilium Ariopagi: paucoꝝ gubernatiōis: delectꝰ
vero magiſtratuum: optimatium. iudiciū vero populare. Sꝫ vr̄
Solon illa duo cuꝫ eſſent prius / nō ſuſtuliſſe cōſilium Ariopagi:
⁊ magiſtratuū delectꝰ. at populū aſſeruiſſe iudicijs ex oībus cō-
ſtitutis. Quapꝛopter quidā illi ſuccēſent ꝙ alterum diſſoluerit:
cum auctoꝛitatem oēm ad iudiciū traduxerit / qđ ꝑ ſoꝛtitionē eſt
Nā cum hic inualuit tāq̃ tyꝛāno gratificātes populo in euꝫ qui
nūc eſt popularē ſtatum rēpu. redegerunt. Et cōſilium Ariopa.
Ephialtes inhibuit ⁊ Pericles. Iudicibꝰ vero ſalaria Pericles
induxit: ac per hunc modū vnuſquiſq̧ coꝝ qui apud plebē poſſe
voluerunt populi vim augere ꝑſeuerauerũt: donec in iſtā q̃ nunc
eſt licentiā ꝑuenit. Appꝫ autē hoc nō tam Solonis voluntate
q̃ caſu eueniſſe. Nauali enim potentia aduerſus medos victoꝛ
populus maioꝛa de ſeſe ſapere cepit: ⁊ acceſſerunt patroni ſedi-
B tioſi contra bonos ⁊ modeſtos ciues qui rempublicaꝫ guberna-
bant. Cum videatur quidem Solon eam que iuxta neceſſaria
fuit poteſtatem populo tradidiſſe: vt magiſtratus crearet: ⁊ ma-
lefacta coꝛrigeret. Niſi enim populus hanc habeat poteſtatē ſer-
uus erit ⁊ inimicꝰ: vt magiſtratꝰ oēs ꝯſtituit ex nobilibus ac lo-
cupletibꝰ ex ſenſu quingētoꝛū modioꝝ ⁊ iugarijs. Tertiū ex equi-
tibus. Quartū ex opificibꝰ ſoꝛdidis quibꝰ nullū magiſtratꝰ aſſe-
quēdi ius erat. Fuerunt ēt leguꝫ poſitoꝛes Zaleucus apud Lo-
C cros occidētales. ⁊ Charōdas catinēſis ciuibꝰ ſuis ceteriſq̧ ci-
uitatibꝰ calcidicis q̃ ſunt circa Italiā ⁊ Siciliam. Tentant vero
quidam inducere quaſi Onomacritus fuerit pꝛimus legum ferē-
darum peritus. Hunc vero exercitatuꝫ in creta cum eſſet locrus:
pꝛofectum autem per artem diuinationis eis familiarem fuiſſe
Thaletem. Thaletis autem auditoꝛes fuiſſe Lycurgum / ⁊ Cha-
rondam. Sed qui iſta dicunt tempoꝛa non ſupputant. Fuit etiā
Philolaus coꝛinthius legũmlatoꝛ thebanis. Erat autem Phi-
lolaus ex familia bachiadum amicus vero Dioclis: qui olimpia
vicit.

vicit. Sed vbi ille ciuitatem deſeruit commotus ob amorem ma
tris alciones thebas migrauit. Atqꝫ ibi ambo defuncti ſunt. mõ
ſtranturqꝫ etiam nunc illorum ſepulchra ſpectantia quidem eſſe:
Uerum ita conſtituta: vt ex Dioclis quidem ſepulchro non ſit ꝓ
ſpectus in corinthium agrum ob animi infectionem. Ex Philo-
lai autem ſit proſpectus. Habitarunt igitur ob huiuſmodi cãm
apud Thebanos: legeſqꝫ illis Philolaus deſcripſit. Et de alijs
quibuſdam ⁊ de ſobole procreanda: quas illi leges proletarias
appellant: et hoc eſt precipue ab illo prouiſum vt numerus here
ditatum conſeruetur. Charonde autem nihil eſt proprium niſi
iudicia falſorum teſtium. Primus enim de his legem poſuit dili
gentia ⁊ claritate etiam elegantior quam hi qui nunc ſunt leguꝫ
conditores. Philolai proprium eſt patrimoniorum diſparitas.
Platonis autem mulierum ⁊ natorum ⁊ patrimoniorum cõmu-
nitas: ⁊ comeſſationes feminarum: ⁊ preterea lex circa ebrietatẽ:
vt reges conuiuiorum ſobrij ſint: ⁊ in rebus bellicis exercitatio
ꝑ quam ambidextri fiant: cum oporteat non alteram manum vti
lem: alteram inutilem habere. Draconis quoqꝫ leges ſunt: ſꝫ iaꝫ
conſtituta repub. leges tulit. Proprium autem Draconis eſt ni-
hil quod ſit memoria dignum niſi rigiditas ob magnitudinem
penarum. Fuit quoqꝫ Pittacus legum conditor: ſed non in rep.
verſatus. Lex eſt propria illius ebrios (ſi quem pulſauerint) ma De Ebrijs.
iori pena damnari quam ſi ſobrij feciſſent: quod enim plures de
linquunt ebrij quaꝫ ſobrij non ad id reſpexit: quod magis eẽ de
beat ebrijs venia: ſed ad vtilitatem. Fuit etiam Androdamas
reginus legum conditor Chalcidenſibus qui ſunt in Thracia:
de homicidio ⁊ de hereditatibus: nihil tamen huius propriũ re
ferre quis põt. ¶ De his ergo rebuſpub. que principales ſunt: ⁊
de his que ſunt ab aliquibus ſcripte: in hunc modum cognoui-
ſe ſufficiat.

¶ Secundi Politicorum Ariſto. Finis.

¶ Tertius Politicorum Ariſtote.

¶ De ciuitate: ciue: ciuitate donatis: magiſtratibus: de iuſte ⁊ in
iuſte ciuibus. ¶ Cap. primum.

QUi de republica conſiderat que ſit vnaqueqꝫ: et
qualis fere prima illi conſideratio occurrit vide
re quid ſit ciuitas. Nam ea nonnunqꝫ in contro
uerſiam venit: cũ alij dicant a ciuitate factũ: alij
non a ciuitate: ſed a potentibus quibuſdam: vel
a tyranno. Gubernatoris autem reipub. ac leguꝫ
poſitoris totum negocium verſari videmus circa ciuitatem. Eſt Quid ẽ reſpubli.
autem reſpub. eorum qui in ciuitate degunt inſtitutio quedam.
Cum vero ſit ciuitas compoſitum quiddam: quemadmodũ alia

B tota ex plurib⁹ partibus conſiſtentia: manifeſtum eſt primo de ci ue eſſe perquirendum. Nam ciuitas eſt ciuium multitudo quedam. Quare ⁊ quem oporteat ciuem vocari: ⁊ qui ſit ciuis: eſt cõſiderandũ. Nã ⁊ de ciue ſepe contenditur: nec eundem oẽs oẽ fatentur ciuem: ⁊ qui in populi ciuitate ciuis eſt perſepe in paucorum gubernatione non erit ciuis. Eos igitur qui alio quodammodo hanc appellationem ſortiuntur: ceu eos qui ciuitate donati ſunt omittamus. Nec habitatio ciuem facit. Nã iſto modo miniſtri qui circa nos habitant et ſerui ciues eſſent. Nec rurſus qui fori ac iudicij ius habent. Nam hoc exiſtit etiam illis qui ſimul contradicant: cum per contractum forum ſortiantur: q̃q̃ multis in locis peregrini ne id quidem perfecte habeant: ſed neceſſe eſt vt patronum accipiant: ex quo fit vt imperfecte quodammodo ſint fori iudiciorumq̃ participes. Sed vt pueri nondum etate perfecti: et ſenes ob etatem a muneribus publicis vacantes non ſimpliciter ciues dicendi ſunt(ſ; quodãmodo)ciues. At nos querim⁹ eum qui ſimpliciter ciuis dicatur: nec habeat aliquam adiunctionem que reſtringat et corrigat: cum ⁊ de infamibus. ⁊ de exulib⁹ eodem modo (vt ſupra) dubitari ⁊ reſponderi poteſt. Ciuis ſimpliciter nulla alia re diffinitur magis quam participatione poteſtatis publice iudicandi et decernendi. Poteſtates autem alie ſunt determinare ſecundum tempus: ita vt non liceat interdum niſi ſemel eandem habere: aut per alia temporum ſpacia. Alie ſunt indeterminate ceu illius qui in concione deliberat: ⁊ decernit: q̃q̃ fortaſſe diceret aliquis tales non eſſe in poteſtate conſtitutos. Atqui ridiculum foret qui de maximis rebus deliberant: ⁊ decernunt: eos poteſtatem dicere non habere. Sed nihil referat cum de nomine ſit queſtio: eſt enim abſq̃ nomine publica poteſtas iudicantis decernentiſq̃ in concione: ſed ſit diffinitionis gratia indeterminata poteſtas. Ponimus autem eos eſſe ciues qui

C huius poteſtatis vna cum aliis pticipes ſunt. Maxime igit̃ proprie ciuis ſup oẽs alios q̃ ciues dicũr fere talis eſt. nec latere non debet quod in rebus: quarum ſubiecta dĩnt ſpecie: et aliud eorũ eſt primum: aliud ſcdm. aliud ꝯñs: out omnino nihil eſt (qua talia ſunt) eis commune aut vix. Reſpub. aũt videm⁹ ſpecie differre: et alias eſſe poſteriores: alias priores. Que enim aberrauerũt ac prolapſe ſunt neceſſe eſt: vt poſteriores ſint integris: ⁊ incorruptis. Quomodo autem dicamus eas labi poſtea patebit. Quare eſſe ciuem quoq̃ alium atq̃ alium neceſſe eſt ſecundum differentiam rerumpub. Itaq̃ ille de quo diximus in populari q̃dem ſtatu maxime eſt ciuis: in aliis vero ſpeciebus eſſe q̃dẽ põt: non tamen neceſſe eſt. In quibuſdam eñi ciuitatibus nec populus eſt neq̃ concionis vſus: ſed ſenatum hñt ⁊ iudicia. Alij alia exercẽt vt apud Lacedemonios de contractibus cognoſcũt hi q̃ Epho

ri nuncupantur. De cede autem ſenatus: ⁊ forſan alij de alijs di
cunt: eodemq; modo apud Carthaginenſes: de omnibus quidē
cauſis magiſtratus quidam cognoſcunt: ſed recipit correctionē
quandam diffinitio ciuis: quod in alijs rebuſpublicis non eſt in
determinata illa poteſtas que in concione decernit ⁊ iudicat: ſed
determinata ſecundum iuriſditionem. Horum enim aut omnib⁹
aut quibuſdam conceſſum eſt deliberare ac iudicare: vel de omi-
bus: vel de quibuſdam. Quis igitur ſit ciuis ex his patet. Cui
enim habilitas eſt participandi poteſtatis publice deliberatiue Quid ci-
aut iudiciarie hunc ciuem eſſe dicimus eius ciuitatis. Ciuitatez uis.
vero talium multitudinem que ipſe per ſe ſufficiens ſit (vt ſim-
pliciter dixerim) ad viuendum. Conſueuerunt autem eum etiam
dicere ciuem qui ex duobus ciuibus ortus ſit: ⁊ non ex altero ſo
lum: ceu ex patre ⁊ matre. alij vero magis vltra req̄rūt ceu auos
et proauos: ⁊ tritauos. vel plures. His itaq; diffinitis ciuiliter: ⁊
ſuccincte dubitant quidam quomodo tertius ille aut quartus
erit ciuis. Georgias quidem leontinus partim dubitans fortaſſe
partim ludens inquit: quemadmodum mortaria ſunt illa que a
factoribus mortariorum fiunt: ſic Lariſſeos eſſe qui ab artificib⁹
eorum fiunt eſſe namq; aliquos lariſſeorum factores. eſt aūt ſim
plex. ſi enim participarent adminiſtrationi reipublice ſecundum
determinationem iam dictam: eſſent vtiq; ciues. Etenim nõ poſ
ſibile eſt congruere diffinitionem illam primis conditoribus aut
habitatoribus: vt cē patre matreq; ciuibus ſint exorti: ſed forſan
de eo magis dubitari poteſt cum facta mutatione recipiuntur
quippiam ad commutationem reipub. quemadmodum Athe-
nis fecit Cliſthenes poſt tyrannorum delectionem. Complures
enim in tribus deſcripſit peregrinos: et ſeruos: ⁊ inquinos: de q̇
bus dubitari poteſt non quis ciuis: ſed an iuſte: vel iniuſte. Atq̇
et de eo inſuper quis dubitabit an ſi non iuſte ciuis nunquid ci
uis non ſit: quaſi idem valeat iniuſtus ⁊ falſus. Sed cum videa
mus quoſdam iniuſte ſe in magiſtratibus gerere: quos tamen
magiſtratus eſſe dicimus: ſed nequaq̄ iuſte. Ciuis autem pote
ſtate quadam diffinit⁹ ſit. (Nam qui particeps eſt talis poteſta
tis eſt ciuis: vt diximus) Patet quod hos quoq; ciues eſſe dicē
dum eſt. Iuſte autem vel iniuſte pertinet ad primam illam que
ſtionem in qua querit̄: nūq̇d a ciuitate factū ſit: vel nō a ciuitate.
Ceu cū ex paucoꝝ potētia: vel tyrānide ad popularē ſtatum ſit
mutatio. Tunc. n. neq; mutuatā pecuniam ſoluere q̇dā volunt:
quaſi nō ciuitas eā ſuſceperit: ſed tyrānus: nec alia hmōi ꝑmul-
ta quaſi reſpublicas vi ac victoria cōſtet: nō publica vtilitate. Si
igit̄ ꝑ hūc modum q̄dam in populari ſtatu gerunt̄. ſilr̄ dicēdum
eſt hui⁹ ciuitatis acta ⁊ paucorū potētie: ⁊ tyrānidis.

¶ De idemptitate: magnitudine: mutatione ⁊ pacto.

¶Capitulum Secundum.

Queſtio prima. A Videtur aūt ꝓprius huiꝰ q̄ōnis locꝰ: q̄uo aliq̄ñ dicamus
ciuitatē eē eandē: ⁊ nō eandē: ſed aliam. Potiſſime igi
tur inueſtigatio dubitationis huius eſt circa locū: ⁊ ho
mines. fieri. n. pōt vt ſeparet̄ locus ⁊ hoīes: ⁊ hos ibi: et
alios alibi habitare: ſed hec leuis eſt dubitatio. Naꝫ cū multipl'r
dicat̄ ciuitas: ꝑfacilis eſt hmōi q̄ō. Silr quoqꝫ eoꝝ q̄ eundē inha
bitāt locū quo ad dicendū ſit vnā eē ciuitatē. Non. n. menibus
hoc diffinit̄. Licet. n. Pelopōneſum totā vnis menibꝰ circūdari.
talis fortaſſe eſt Babilon: que capta cum eſſet ab hoſtibus ferunt
partē aliquā eius ciuitatis tertia die nōdum aliq̄d ſenſiſſe. Silr
et quecūqꝫ alia magis hn̄t circūſcriptionē gentis q̄ꝫ ciuitatis: ſed
2. queſtio huiꝰ q̄ōnis alio loco vtilis erit cōſideratio. Nam de magnitudi
ne ciuitatis: ⁊ quanta eē vtile ſit: ⁊ vtrū vnā vel plures latere nō
3. queſtio dꝫ ciuilē. At manētibus eiſdem habitatoribꝰ eodem loco vtrum
quoad ſit idē genus habitātiū eandē eē ciuitatē dicendum ſit:
quāuis ſemp alij interierāt: alij oriātur: vt et ⁊ flumina ſolemꝰ ea
dē dicere: ⁊ fontes eoſdem: q̄ꝫuis ſemp vnda noua ſuꝑueniat ac
defluat: vel hoīes dicendum eſt eoſdē eē pp eandē cām: ſed ci
uitatē aliam. Nam ſi ciuitas eſt ſocietas q̄dā (eſt aūt ſocietas ci
uiū) variata reipub. gubernāde forma: ⁊ alia ſpē effecta: neceſſa
B Societas ciuiū alia efficit̄ variata rei. gubernāde forma. riū vtiqꝫ videret̄ ciuitatē quoqꝫ nō eādē ꝑmanere: vt ⁊ chorum
alium eē dicimꝰ dum tragicꝰ eſt q̄ꝫ dum comicus. Et ſi idē ſint
hoīes: eodēqꝫ item mō oēm aliā ſocietatē: ⁊ cōpoſitionē aliā: ſi
ſpēs alia fiat: ceu harmoniā earūdem vocū aliā eē dicimus: et
modo doricā: mō phrygiā vocitamus. Id ſi ita eſt pꝫ ꝙ maxime
dicēdū eſt eādē ciuitatē ad rēpublicā reſpicietes. Noīe aūt voca
ri alio: aut eodē: lꝫ eiſdē habitātibꝰ eādē vel alijs penitꝰ hoībus.
Utrum autem iuſtum ſit reddere pecuniā mutuo ſumptam: mu
tata reip. gubernāde ſpē: vel non iuſtū: alia eſt diſputatio.

4. q̄ſtio. ¶De virtute abſolute viri boni ⁊ boni ciuis: eius qui p̄eeſt et
eius qui ſubeſt: ⁊ de opificibus.

¶Capitulum Tertium.

De his vero que nunc dicta ſunt conſequens eſt videre.
A 1. queſtio dilutio. Utrum eadem ſit virtus boni viri: et boni ciuis: vel non
eadem. Atqui ſi hoc eſt perquirendum prius de virtute
ciuis ſub compendio videre oportet. Ut igitur nauta
vnus aliquis eſt eorum qui ſunt in communi ſocietate: ita ⁊ ciues
dicimus. Nautarum vero q̄ꝫuis diſſimiles ſint ſecundum potētiā
(nam alter eſt remex: alter gubernator: alter proram dirigens: al
ter alteram huiuſmodi appellationem habens): patet quod ex
preſſimus vniuſcuiuſqꝫ ſermo proprius erit illius virtutis. Simi
liter aūt: ⁊ cōe q̄ddā cōuenit oībꝰ. Salus eñ ⁊ cōſeruatio naui
gantium cōe eſt oīm opꝰ. Ad hoc eñ vnuſq̄ſqꝫ eoꝝ intendit: ſic

igitur ⁊ ciuitatibus:licet diſſimiles ſint opus eſt conſeruatio cō
munis ſocietatis:ſocietas vero eſt reſpubli. quapropter neceſſe
eſt virtutem eſſe ciuis ad rempub.} ¶ Siquidem igitur· plures
ſunt rerumpub.ſpecies:pꝫ non eſſe recipiēdum:vt ſtudioſi ciuis
vna ſit virtus eaqꝫ perfecta:at viri boni perfecta eſt virt⁹. Quod
igitur fieri poſſit vt ciuis ſtudioſus non poſſideat virtutem illam
per quam dicitur vir bonus:manifeſtum eſt. Quinēt et alio mo-
do inquirentibus peruenire:lꝫ ad eādē rōnem circa optimā rēp.
nam ſi impoſſibile eſt ex oib⁹ ſtudioſis eſſe ciuitatē:⁊ oportꝫ ſin-
gulos opus ſuum benefacere. Hoc eūt a virtute. Cū vero ſit im-
poſſibile ſimiles eſſe ciues omnes nequaqꝫ vna eſſet virt⁹ciuis.⁊
viri boni.nam virtutem ſtudioſi ciuis omnibus eſſe opꝫ:ſic enim
optima foret ciuitas vtiqꝫ. At viri boni virtutem impoſſibile eſt
omnibus eſſe:niſi neceſſarium ſit in ſtudioſa ciuitate ciues om̄es
eſſe viros bonos. Preterea cum ex diſſimilibus conſtet ciuitas vt
animal ex anima:⁊ corpore. Anima vero ipſa ex ratione ⁊ appeti
tu:et domus ex viro ⁊ vxore:et acquiſitio ex domino ⁊ ſeruo.eo
dem modo ciuitas ex his omnibus:ac preterea ex alijs diſſimili-
bus conſtet ſpeciebus:neceſſe eſt non vnam eſſe ciuium omnium
virtutem quemadmodum nec chorum agentium ſupremi ⁊ aſſi-
ſtētis. Nō igiť nō eadē ſimplr ex his pꝫ. Sꝫ an erit alicui⁹ eadeꝫ B
virtus ciuis ſtudioſi:⁊ viri boni. Dicimus vtiqꝫ ſtudioſum ī ma 2.queſtio
giſtratum bonum eſſe atqꝫ prudentem. Ciuilem autem hominē
neceſſarium eſt eſſe prudentem:⁊ ſtatim aliam eſſe diſciplinam
preſidentis:aiunt quidam:vt patet in regum filijs qui ad eque-
ſtrem:bellicamqꝫ diſciplinam ī adoleſcentia erudiuntur. Euripi
des,inquit:non mihi ſpecioſa:ſed ea quorum ciuitas indiget tāqꝫ
ſit preſidentis diſciplina quedam. Si autem eſt eadem virtus re
gentis boni:ac viri boni. Ciuis autem eſt et qui regitur: non ea-
dem virtus ſimpliciter eſſet cuius et viri boni:ſed tamen cuiuſdā
ciuis. Non enim eadem virtus eſt regentis :⁊ ciuis. Et ob hoc
Iaſon inquit grauiter ferre ſi non regnaret quaſi neſciret priua-
tus ⁊c̄. Sed nihilomin⁹ laudandum eſt poſſe imperare ⁊ parere
ac preclari ciuis virtus eſt poſſe preeſſe ⁊ ſubeſſe laudabiliter. Si
ergo virtutem boni viri poſuimus preſidentem. Ciuis autē vtrā-
qꝫ:non vtiqꝫ forent ambe ſimiliter laude digne. Cum ergo aliqñ
videatur vtraqꝫ:ſed non eadem:eum qui imperat et eum qui pa C
ret addiſcere debere. Ciuem autem vtraqꝫ ſcire:⁊ participare am Queſtio
barum quid ſequatur deprehendere quis poteſt. Eſt enim preſi-
dentia dominatiua:hac vero in his que neceſſaria vocantur ſci- Diluit.
re facere nequaqꝫ neceſſarium eſt ei qui preſidet : ſed vti magis.
alterum vero ſeruile eſt. Dico autem alterum poſſe exhibere eadē
miniſteria. Seruorum autem ſpecies plures eſſe dicimus : cum
ſint miniſteria plura:quorum partem vnam obtinere manuales:

hi ſunt (vt nomen ſignificat) qui ex manibus viuunt: in q̄bus ſunt mechanici & opifices. Quapp apō quoſdā antiquitus hmōi hoīes excludebantur a reipub. honoribus: anteq̄ȝ populus extrem⁹ fie-ret. Hec igitur opificia eorū qui ita ſubſunt: neqȝ rectorem diſce-re opȝ: neqȝ eum qui in rep. verſatur: neqȝ bonum ciuem. niſi for-taſſe quandoqȝ ſuiipſius priuati ȝ gratia. Non enim amplius con-tingeret eſſe alterum dominū: alterum ſeruū: ſed eſt preſidentia quedam per quā preeſt ſimilibus genere: ꝛ liberis hominibus: et hanc dicamus eſſe ciuilē preſidentiā: qnam eum qui preeſt didici ſ ſe parēdo oportet: ceu prefectum equitum eſſe cum ipſe prius ſub

D alio eſſet ꝛ exercitum ducere: cum ipſe prius in exercitu p inferio-res militie gradus ductus ſit. Quāobrem rectum dr̄: neminē ȝ be-ne imperare poſſe qui non prius ſub imperio fuerit. Sed horum diuerſa eſt virtus: ꝛ opȝ bonum ciuem ſcire ac poſſe preeſſe ꝛ ſub eſſe. Et hec virtus ciuis ſcire recte ſe habere in vtraqȝ parte. Et boni viri vtraqȝ: q̄ȝq̄ȝ alia eſt ſpecies eius prudentie: ꝛ iuſtitie que preeſt. nam eius qui ſubeſt ac liber ſit non vna profecto virtus eſ-ſet: vtputa iuſtitia: alias ſpecies haberet cum preeſt: alias cum ſubeſt. Quemadmodum viri ꝛ mulieris alia temperantia: ꝛ for-titudo. Nam videretur vtiqȝ timidus eſſe vir: ſi ita fortis eſſet vt femina fortis: ꝛ mulier inhoneſta videretur ſi ſic honeſta foret vt vir honeſtus. Adminiſtratio quoqȝ domus alia mulieris alia vi-

E ri. Nam viri eſt acquirere. mulieris ſeruare. Prudentia vero pro-pria virtus eſt preſidentis. Nam cetere quidem virtutes viden-tur communes tam eorum qui preſunt: q̄ȝ eorum qui ſubſunt. At prudentia non eſt virtus eius qui ſubſit: ſed opinio vera. Qui enim ſubeſt vt is qui fiſtulam facit. Qui vero preeſt: vt is qui vtitur fiſtula. Utrum igitur eadem ſit virtus viri boni ꝛ ciuis ſtu-dioſi: vel alia: ꝛ quomodo eadem ꝛ quomodo alia: ex his patet.

Recte dr̄ neminē be-ne īperare poſſe q̄ n̄ prius ſub īpio fuerit.

Uiri ē acq̄rere. mu-lieris ſer-uare.

¶ Reſtat adhuc vna dubitatio circa ciuem. Utrum reuera ciuis ſit is ſoluȝ cui participatio eſt publice poteſtatis: vel opifices etiā ac mercenarij ſint ciues nuncupandi. Nā ſi ponamus hos quoqȝ eſſe ciues qui magiſtratuum ſint expertes: nequaq̄ȝ poſſibile eſt vniuſcuiuſqȝ ciuis talem eſſe virtutem. Si vero nullus horuȝ eſt ciuis in qua parte ſunt huiuſmodi homines reponendi. Neqȝ em̄ in eorum miniſtrorum loco qui nobiſcum habitant: neqȝ rurſus vt peregrini: vel ſecundum hanc rationem nihil dicemus euenire abſurdum: neqȝ enim ſerui ſupradictorum quicq̄ȝ neqȝ liberti. Il-lud autem verum: ꝙ non omnes illi dicendi ſunt ciues ſine qui-bus ciuitas eſſe non poteſt: cum neqȝ pueri ita ciues ſint vt viri: ſed hi quideȝ ſimpliciter: hi vero ex ſuppoſitione: ciues enim ſunt ſed imperfecti. Vetuſtis quidem temporibus apud quoſdam opi-fices erant ſerui aut peregrini. Quapropter etiam nunc pleriqȝ tales ſunt. Optima quidem ciuitas nunq̄ȝ opificem faciet ciueȝ.

Quod ſi hi ciues ciuis aūt virtus eſt qua diximus: dicendū eſt nō cuiuſcꝫ ciuis.necꝫ liberi mō:ſed eoꝝ qui a miniſterijs neceſſarijs ſunt alieni.Neceſſaria vero qui vni miniſtrat ſeruus eſt: qui autē publice viles ⁊ ſordidi. Patebit autem hoc paulo adhuc conſiderantibus:quēadmodum in his res ſe habeat: hoc enī qđ diximꝰ id oñdit.Cum enī plures ſint rerūpublicarū ſpēs: plures quocꝫ ſpēs ciuium neceſſe eſt ſint:ac maxime eoꝝ ciuiū q̄ ſubſunt. Itacꝫ in quadam rep.opifices ⁊ ſordidi ciues erunt. In quibuſdam vero impoſſe eſt vt ciues ſint:puta in optimatum gubernatione ſi qua illa eſt:in qua ſꝫ virtutē dant honores:⁊ ſm dignitatē. Necꝫ enī virtutem exercere pōt q̄ vilibus opificibus occupatus eſt. In paucoꝝ quocꝫ gubernatione tenues hoīes ad rempubli.nō recipiuntur. Ex magno enī cenſu ad honores reipu.peruenitur. Artifices tñ ad hāc ſpēm reip.puenire pñt:⁊ ſi ſordidi ſunt:qm pleriꝗcꝫ diuitijs abundant. ❡ Apud Thebanos lex fuit: vt nemo habilis eſſet ad honores reipu: ſuſcipiendos: niſi decem annis a mercatura deſtitiſſet. In multis aūt rebuſpub.attrahuntur ad ciuitatem etiam peregrini. Eſt etiam lex in quibuſdā popularibꝰ ciuitatibus:vt ſatis ſit ex matre ciue eſſe genitum.⁊ ſpurios quidam recipiunt. Atq̄ pp defectum legitimoꝝ ciuium tales fiunt. Paucitate enī hoīū inducti his vtūtur legibus. Qđ ſi abundēt multitudine:paulatim excludunt.primo libertini generis hoīes: deinde eos qui ex matre ſolūmodo ciues ſint. Nec niſi ex vtrocꝫ parente natos ciues pro ciuibus habent. Qđ igitur plures ſint ſpecies ciuium:ex his pꝫ:⁊ ꝙ maxime dr̄ ciuis ille qui habilis ſit ad honores ſuſcipiendos:vt Homerus inquit:ſed vbi id occultū ex deceptione habitatorum:tanꝗ̄ inhonoratum quēdam reptitium repellūt:vt inquilinus:eſt enim ⁊ aduena qui honores capere non pōt. Utrum igitur alia an eadem virtus ſit per quam eſt vir bonus ⁊ ciuis ſtudioſus:pꝫ ex ſupradictis ꝙ cuiuſdam ciuitatis idem:cuiuſdam vero alius:⁊ ille non omnis:ſed qui preeſt reipu.⁊ poteſtatem habet:aut ſolus.aut cum alijs gubernationem exercens. Lex Thebanoꝝ.

❡ De republica: gubernandi ſpeciebus reifamiliaris imperijs: republica recta ⁊ lapſa.

❡ Capitulum Quartum.

His ita determinatis videndum iam eſt:vtrū vna ſit reſpub.an plures. Et ſi plures que ⁊ quot ⁊ quenam differentie earum ſint. Eſt aūt reſpu.ordinatio ciuitatis ⁊ circa magiſtratꝰ alios:⁊ maxime circa id qđ ſummam in ciuitate habeat auctoritatē: ⁊ ſi ſit principaliſſimum. Principaliſſimum aūt eſt id qđ vbicꝫ gubernat ⁊ regit ciuitatem : ceu in populari quidem populus. In paucorum vero potentia. Diximus autem ⁊ rempu. aliam eſſe ab iſtis Quid eſt reſpu.

eodē𝔮 modo dicemus de aliis. Supponendum eſt primo. cuius gratia ciuitas ſit conſtituta: et quot ſint gubernandi ſpecies circa hominem: et circa vite ſocietates: in ſuperioribus libris: vbi de gubernatione rei domeſtice: ac de domino et ſeruo determinauim⁹ dictum eſt: natura eſſe hominem ciuile animal. ex quo fit vt ſi etiā nihil indigeant mutuo auxilio: nihilominus affectent vite ſocietatem. Quinetiam et communis vtilitas coniungit eos inquantum confert ſingulis partem bene viuēdi. Maxime igitur hic eſt finis: et publice omnibus et priuatim. Congregantur etiam ipſi⁹ vite gratia forſan quidem ineſt ſibi aliqua particula honeſti et cōtinet ciuilem ſocietatem etiam viuendi gratia ſolum ſi non moleſtie in vita nimis exuperent. Patet autem 𝔮 tolerant homines multa aſpera pp viuendi cupiditatem: vt exiſtēte in eo quadam naturali dulcedine. Atqui et modos imperij facile eſt diuidere: cū ſepe ſit de his a nobis in externis ſermonibus determinatum. Dominatio eñ licet reuera vtilis exiſtat natura ſeruo: et natura domino: nihilominus imperat pro dñi vtilitate: pro vtilitate aūt ſerui contingenter. Ne𝔮 enim fieri poteſt vt ſeruo deficiente ſeruetur dñatio. Filiorum vero imperium et vxoris et domus totius quam vocamus rei familiaris gubernationem: aut gratia eſt eorum qui gubernantur: aut gratia alicuius qd ſit vtri𝔮 cōmune. Gratia eorū qui gubernant̄ vt videmus et alias artes ceu medicinā et gymnaſticā illoꝝ qb⁹ imperatur vtilitatē q̄rere. Contingenter tñ et coꝝ q̄ p̄cipiunt eſſe pōt. Nihil q̄ppe vetat magiſtrum ipm gymnaſij eſſe vnum eoꝝ qui exercentur: queadmodum gubernator ſemper eſt vnus ex his q̄ ſunt in naui. Magiſter igitur gymnaſij et gubernator conſiderant ſemper coꝝ vtilitatē quos gubernant: ſed qñ hoꝝ vnus eſt per accñs ipſe quo𝔮 ſuſcipit vtilitatē: hic quidem nauta: hic autem vnus eoꝝ qui gymnaſio exercentur

B Quapp ciuilia quo𝔮 imperia cum ſint ꝺm equalitatem ciuium conſtituta et ꝺm paritatem viciſſim cenſent ea eſſe gerenda: primū qua natura fert cenſentes inuicem munera ſubire: et conſiderare viciſſim quoddam illius bonum: quemadmodum ille prius conſiderauit vtilitatē ſuā: nūc aūt rōne commodorum ex reipu. gubernatione prouenientium volunt continuo in poteſtate eſſe: veluti ſi ſemper contingeret magiſtratum gerentibus ex mala valitudine ſanos fieri: nam forſan ita magiſtratus amplecterentur. Conſtat igitur 𝔮 quecum𝔮 reſpu. ad communem vtilitatem intendunt: he certe ſunt ꝺm ſimpliciter iuſtum. Quecum𝔮 vero ad ppriam coꝝ q̄ preſunt vtilitatē ſolū: aberrant quide𝔷: ſunt𝔮 oēs rectaꝝ rerūp. trāſgreſſiones et labes: gubernant̄ eñ quaſi a dñis. Ciuitas aūt eſt liberoꝝ ſocietas.

¶ De diuiſione et diffinitionibus rerūplicarum et tranſgreſſionum earum. ¶ Capitulū Quintū.

His determinatis conſequens eſt reſpu.cōſiderare quot ſunt ⁊ que. Et pꝛimo quidem eas q̄ ſunt recte. nā labes earū ex illis pateſcunt. Cū vero gubernatio ciuitatis et A regimē idē ſignificēt. Regimē aūt eſt poteſtas ciuitatis ⁊ arbitriū hmōi aut penes vnū eſſe: aut penes paucos: aut penes multos. Qñ igit̃ vnus vel pauci vel multi cōem vtilitatē in gubernatiōe ſequunt̃ has eſſe rectas reſp̄. ſpecies neceſſe eſt. Qñ aūt ad ꝓpꝛiā vtilitatē vel vnius vel paucoꝝ: vel multitudinis gubernatur transgreſſiones ſunt ⁊ labes. Aut enī dicēdū eſt nō eſſe ciues aut ad ꝑticipationē vtilitatis ſunt recipiendi. Uocare autē conſueuimus cū vnus ad vtilitatē cōmunē reſpiciens gubernat regiā ꝑtātē. Cū vero pauci gubernāt plures tñ vno: optimatium gubernationē vel ex eo: q2 optimi ꝑſunt vel ex eo: q2 ad optimum publicū adminiſtrāt. Cū aūt multitudo gubernat ad cōem vtilitatē: vocat̃ cōi noīe oīum reſpu. Contingit enī rōnabiliter: vnum enī excellere ſm virtutē aut paucos dat̃: vt vero multitudo excellat ad oēm virtutē difficile eſt: ſed maxime ad bellicaꝫ. hoc enī in multitudine fit. Quare in hac reipub. ſpecie ꝑncipaliſſimū ac potentiſſimū eſt id in quo robur belli cōſiſtet: ⁊ in his ipſi illi q̄ ſunt B poſſeſſione armoꝛū. Pꝛolabunt̃ vero ac tranſgrediunt̃ hmōi ſpecies ex regia q̄dē gubernatione in tyrānidē: ex optimatibus vero in paucoꝛum potentiam: ex repu. aūt in popularem ſtatum. Tyrānidem enī eſſe dicimus dominatum vnius ad pꝛopꝛium commodum intendentis. Paucoꝛum aūt potentiam cum ad opulentoꝝ cōmodum gubernatur. Popularē autem ſtatuꝫ cum ad commodum egenoꝛum. Harū enī nulla ad cōem vtilitatem reſpicit.

¶ Optꝫ aūt paulo vberius explicare que ſit vnaqueq; iſtarum. Hñt enim dubietates quaſdam. Phantis vero circa ſinguloꝛum C diſciplinam: ⁊ non ſolum ad agendum reſpiciētis ꝓpꝛiū eſt nihil negligere: neq; pꝛetermittere: ſed demonſtrare in ſingulis veritatem. Tyrannidem eſſe dicimus vnius dominationem ciuili ſocietati pꝛeſidentis. Paucoꝝ aūt potentiam qñ rēpu. tenēt opulēti et diuites. Popularem vero gubernationē cū tenues hoīes ⁊ non poſſidentes diuitias gubernant. Pꝛima igitur dubitatio eſt circa diffinitionem. Nam ſi plures ſunt opulenti ⁊ diuites: ac rempu. teneant: ⁊ popularis gubernatio ſit cū multitudo regit. Eodēq; modo ſicubi contingat inopes eſſe pauciores q̄ opulenti ſed potentiores ac rempu. teneant: ⁊ vbi pauci rempub. obtinent; paucoꝛum potentiam nuncupamus non recte viderentur iſte diffinitiōes gubernationū eſſe poſite. Enimuero ſi quis adiungēs opulentie q̄dē paucitatē: Inopie vero multitudinem ſic appellet rerūpublicarum ſpecies: vt dicat paucoꝝ potentiam eſſe in qua gubernationē reipu. habent opulenti numero pauci. Popularēꝫ vero in qua inopes rempu. tenent multi exiſtentes aliā habent du=

bitationem. Quas em̄ dicemus eas reſpu. in quibus plures opu lenti: ⁊ in quibus pauciores inopes gubernant. Siquidem nulle ſunt alie reſpu. preter ſupradictas. Videtur igit̄ rō iſta oñdere ꝙ paucos eſſe vel multos q̄ gubernāt cōtingens eſt aliud paucorū
D potentie: alterū populari: ꝓpterea qꝺ vbiq̧ accidit vt pauci ſint opulenti: multi vero inopes. Ex quo fit vt hm̄oi cauſe non faciāt differentiā: ſed in eo differat popularis gubernatio a paucorum potentia: ꝙ alibi opulenti: alibi inopes rempu. obtinent: neceſſariūq̧ eſt vbicūq̧ ꝑ opes ac diuitias preſunt. vbicūq̧ aūt inopes hanc eſſe popularem gubernationē. Sed accidit vt diximꝰ: hos quidē paucos eſſe: illos vero multos. opibus em̄ ac diuitiis pauci abundant: libertatis tm̄ omnes participes ſunt: ꝑꝑ quas cauſas contendunt vtriq̧ de repu.

¶ De iuſto paucorum ⁊ populariū: ciuitatis fine virtute ⁊ vitio.
¶ Capitulum Sextum.

Sumendū eſt prius quos terminos eſſe dicunt paucorū potētie: ⁊ popularis gubernatiōis: ⁊ q̄d ſit iuſtū in vtrāq̧: oēs em̄ attingunt iuſtū qꝺdam. ſed vſq̧ ad aliquid: ⁊ aiunt. non oē iuſtū ꝓprie: puta videtur equalitas iuſtū q̄ddam eſſe (⁊ eſt) ſed nō oībus: at equalibus. Et inequalitas videt̄ iuſtū eſſe (⁊ eſt quidē) ſ; nō oībus: at inequalibus. Alij vero hoc auferunt ꝑſonis: ⁊ male iudicāt: cā vero eſt. q: de ſeipſis iu
A diciū fit. Qui vero de ſeipſis iudicant: vt plurimū nō recti ſunt iudices. Itaq̧ cū iuſtū aliq̄bus ⁊ diuiſum ſit eodem mō in rebus ⁊ ꝑſonis (vt dixīmꝰ in ethicis) equalitatē rei confitent̄: ſ; de ꝑſonis contendūt: maxime ꝑꝑ id qꝺ dictū eſt mō: q: de ſeipſis non recte iudicant. Deniq̧ q: vſq̧ ad aliq̄d vtriq̧ eoꝝ iuſtū qꝺdā dicentes putāt ſe dicere ſimplr̄ iuſtū. hi em̄ ſi in aliquo ſunt ſuperiores: ceu opibꝰ ⁊ diuitiis: alios oīno putant impares eſſe. Hi vero ſi in aliquo ſint pares puta libertate: omnino putāt eſſe pares. Ceterū qꝺ eſt principaliſſimū non dicunt. Si em̄ poſſeſſionum gratia ſocietatem iniiſſent: tm̄ caperent ciuitatis q̄ntum poſſeſſiōis. Itaq̧ ratio illa valeret que eſt paucoꝝ potentium: q̄ aiunt non eſſe iuſtū: vt qui vnū contulit tm̄ participet de centum minis: q̄ntum is qui contulit omne reliquum: neq̧ eorū que ab initio: neq̧ eoꝝ q̄ poſtea ſuperueniant. Qꝺ ſi nō viuendi ſolum gratia: ſed magis bene viuendi: nam ſic ſeruorū ⁊ aliorum aīaliū ciuitas eſſe poſſ;: nunc aūt non eſt ex eo q: felicitatis non ſunt capacia: nec viuendi ſ; electionē. Neq̧ ſocietatis gratia bellica: ne a quoq̧ iniuria efficiātur: neq̧ ꝓpter cōmercia ac mutuā vtilitatē: nam ſic Hetruſci ⁊ Carthaginenſes. ⁊ oēs hi quibus eſt cōmercium inuicē tanq̄ ciues eſſent vnius ciuitatis: ſunt nempe illis federa circa res importandas: ⁊ pacta ne iniuria afficiantur: ⁊ ſcripture circa mutuā bellandi ſocietatem: ſed neq̧ magiſtratꝰ cōiter his deputati ſunt

verum alij apud alios: nec quales eſſe opȝ alteri de alteris cogitant: neqȝ vt nemo eorum iniuſtus ſit qui ſub federe comprehendant: neqȝ vt prauitatē nullā habeant: ſed ſolum vt non inuicem ſe iniuria afficiant. ¶ At cū de virtute ac vitio publice cogitant quicumqȝ curam habent bene inſtituendi ciuitatem. Ex quo manifeſtum eſt de virtute curam eſſe habendā ei que reuera ciuitas ſit noīanda: nō orationis gratia: nā fit cōicatio ſocietas aliorū ad bellum loco ſolū differēs ab alijs ſocijs longe exñtibus: ⁊ lex pactio (vt ait Licophron ſophiſta) fideiuſſor inuicem iuſtorū: ſed nō talis: vt bonos ⁊ iuſtos ciues efficiat. Et ꝙ ita ſe habeat pȝ. nam ſi qs coniungat loca in vnum: vt megarenſiū corinthiorūqȝ ciuitates ſeſe inuicē contingant menibus: nihilominus vna non erit ciuitas. Nec ſi ſimul coniugia ineant: ꝙꝙ hoc vnū ſit de his cōionibus que ꝓpͤ ſunt ciuitatem. Eodēqȝ modo ſi qui habitent ſeparati qdem: non tamen ita longe vt nequeant ſimul cōicare: legeſqȝ habeant iniuriam ſibiinuicem in cōmercijs prohibentes: ceu ſi vnus faber: alter agricola: alter ſutor: alter aliquis hmōi foret: eſſentqȝ hi decem milia numero. Nec alie eis forent cōiones: niſi taliū rerū puta cōtractuum: ⁊ ad bella confederationis: nec ſic quidem ciuitas adhuc foret: ꝓp quam vtiqȝ cām? non enim qz non propinqua ſit cōicatio. nam ſi in vnum conuenirent ita cōicantes vnuſquiſqȝ tñ vtatur ꝓpria domo vt ciuitate: ac ſibiipſis vt confederati auxiliū ferant contra iniuriantes ſolū: ne ſic quidē ciuitas eſſe videretur recte conſiderantibus. Si quidem eodē mō conuerſarent ſimul coniunctim ⁊ ſeparatim: ex quo pȝ ꝙ ciuitas non eſt cōicatio loci: ⁊ non iniuriandi ſibi ipſis: ⁊ cōmercij gratia. Sed iſta quidem vt aſſint: neceſſarium eſt ſiquidē futura ſit ciuitas: nec tñ ſi iſta aſſint oīa: ciuitas adhuc erit. At bene viuendi ſocietas ⁊ domibus ⁊ gñibus vite perfecte gratia ⁊ per ſe ſufficiētis hoc tm̄ non erit: niſi vno eodēqȝ loco habitantibus ⁊ cōiugia ſimul ineuntibus: ꝓp qđ propinquitates in ciuitatibus extiterūt ⁊ ſodalicia: ⁊ ſacra: ⁊ cōuerſationes familiarū. Idqȝ eſt amicitie opus: nam ſimul viuendi electio amicitia eſt. Finis eſt igitur ciuitatis bene viuere. Illa vero gratia finis. Ciuitas aūt eſt generū pagorūqȝ ſocietas vite perfecte ac per ſe ſufficientis: hoc eſt vt diximus bene ac beate viuere. Bñ igitur agendi gratia ponendū eſt eſſe ciuilē ſocietatem. non aūt gr̄a ſimul viuendi. Quapp qcūqȝ plus conferunt ad hmōi ſocietatē his plus iuris cōpetit in ciuitate ꝙꝙ his qui libertate ac gñe pares ſunt vel maiores. ſȝ ciuili virtute ſunt impares: ⁊ ꝙꝙ his qui diuitijs ſuperant: ſed virtute ſuperant. Qđ igit̄ oēs de rep. contēdunt ptē aliquā iuſti dicunt. manifeſtū eſt ex ſupradictis.

¶ De dñio ciuitatis: ⁊ repetundis rationibus.

¶ Capitulum Septimum.

Queſtio. Est autem dubitatio quid oportet dominans eſſe in ci
uitate: nunquid populū: an eos qui diuitias habēt: an
bonos ⁊ equos: vel vnum qui ſit optimus omnium: vl
tyrannū. Uerum hec omnia videntur habere difficulta
tem. quod enim ſi inopes quia plures ſint partientur ea que ſunt
opulentorꝫ hoc non iniuſtum eſt. decreuerunt enim qui poteſta
tem habent. Iniuria igitur ſumma que tandem dicenda eſt. Rur
A ſuſqꝫ omnibus acceptis: ſi plures ea ſibi tribuant que ſunt pau
corum: conſtat ꝙ ciuitatem corrumpunt. Atqui virtus nunq̄ cor
rumpit id quod eam habet. neqꝫ iuſtum ciuitatis corruptiuū eſt
Ex quo patet legē iſtā non poſſe iuſtam eſſe. Preterea illa quoqꝫ
que facta fuerunt a tyranno neceſſariū foret iuſta eſſe oīa. Ui eñ
aufert ꝓpter potentiā: quēadmodum multitudo diuitibus. Sed
an paucos ⁊ opulentos iuſtum eſt dominari: an ergo ſi ⁊ illi hoc
agant: ⁊ rapinas exerceant auferantqꝫ multitudinis bona: ⁊ hoc
B ne erit iuſtum ⁊c. ergo. Hec igitur omnia conſtat eſſe praua ⁊ nō
iuſta. Uerum bonos ⁊ equos dominari oportet: auctoritatemqꝫ
habere omnium. Ergo alij omnes cum magiſtratus non capiāt
inhonorati manebunt: nam honores quidem magiſtratus pote-
ſtateſqꝫ appellamus: quos ſi boni ſemper habeant neceſſarium
eſt alios excludi ab honoribus reipu. Sed nunquid vnus qui ſit
optimus dominari debet. At enim hoc etiaꝫ grauius eſt: quoniā
plures erunt ab honoribus excluſi: ſed forſan dicet aliquis legeꝫ
dominari debere: non autē hominem in quem cadunt animi per
turbationes. Si igitur ſit lex quidem: ſed vel ad paucorum potē
tiam: vel ad multitudinis fauorem declinans: quid tandeꝫ refert
in eis de quibus dubitatum eſt: euenient enim ſimili pacto eadeꝫ
que ſupradicta ſunt. De his igitur ſit alius quideꝫ ſermo. Quod
autem magis penes multos debeat eſſe dominandi poteſtas q̄
penes paucos licet optimos videtur ſolui poſſe: ⁊ quandam ha-
bere dubietatem: immo foret ⁊ veritatem: nam ſi plures ſint quo
rum vnuſquiſqꝫ non ſit ſtudioſus: tamen fieri poteſt vt in vnū cō
uenientes omnes meliores ſint q̄ illi: nō vt ſinguli: ſed vt omnes.
Quemadmoduꝫ cena in qua plures conferunt q̄ ea que ex vni⁹
erogatione fit: nam cum plures ſint vnuſquiſqꝫ partem habꝫ vir
tutis ac prudētie ac fiunt in vnum collati quaſi homo vnus qui
multos pedes habeat: multaſqꝫ manus multoſqꝫ ſenſus: ⁊ eodē
C modo circa mores ⁊ intelligentiam. Quapropter melius iudicāt
multi ⁊ in muſica ⁊ in poetarū opibus Alij enim aliud: ⁊ cuncti
cuncta diſcernunt. Sed in hoc differūt ſtudioſi viri ab vnoquoqꝫ
aliorū ex multitudine: quēadmodū decoros a non decoris aiunt:
⁊ picta artificioſe a veris: eo ꝙ ſurſuꝫ diſtincta in vnum colligun
tur. Cum ſi ſeparatio fiat pulchrius ſe habebit: huius quidā picti
oculus alterius vero cuiuſdam alia particula. Si igitur de omni

populo omniq multitudine recipitur hanc eſſe differentiam mul titudinis ad paucos ſtudioſos incertum eſt: immo forſan certū: quod de quibuſdam eſt impoſſibile. Nā eadē ratio de beſtiis eēt. Quāꝗ quid differunt quidam vt dixerim a beſtiis: ſed de aliqua multitudine nihil vetat quod dictum eſt eſſe verū. Quapropter dubitationem illā primā per iſta ſoluere quis pōt: ac ſilr aliā ſub ſequētē. Quorū oportet dominandi poteſtatē habere liberos ho mines ac multitudinem ciuiū: quales ſunt quicūq: neq opes ha bent: neq virtutis exiſtimationē vllam. Etenim pmittere iſtis ma giſtratus nequaꝗ eſt tutum: pp iniuſtitiam ꝛ ignorantiā p quas quibuſdam iniuriarent: in quibuſdam errarent. Rurſus vero ex cludere illos penitus ab honoribus piculoſum eſſet. Cum enim multitudo inopum eſt in ciuitate eadēq ab honoribus excluſa: neceſſe eſt eam ciuitatem plenā eſſe hoſtium reipu. Reſtat igitur vt ad conſultandum ꝛ decernendū iſti recipiantur. Quapropter ꝛ Solon ꝛ alij quidam eorum qui leges condidere: huiuſcemodi homines ad repetendas geſtorum rōnes: ꝛ ad ſuffragia electio nes magiſtratuum admittunt. ſolis autem vt magiſtratus com mittantur nequaꝗ pmittunt. Dum em̄ cum aliis vna decernunt atq conſultant capiunt omnes ſimul ſufficientē ſenſum: ꝛ pmix ti melioribus proſunt reipu. Quemadmodum non purū alimen tum: vna cum puro totum facit vtilius ꝗ paucum: ſepatim vero vtriq; impfecti ſunt ad iudicandū. Sꝫ habet dubitationē hmōi ordinatio reipu. primū q: videretur eiuſdē eſſe hoīs ſcire iudica re quis recte medelā attulit: qui ipſe ſciat etiā mederi ac ſanitatē egrotantibꝰ afferre: ħ aūt eſt medicus. Eodē mō de aliis faculta tibus ꝛ artibus. Ut em̄ medicum rōnem ſue medele apud alios medicos reddere opꝫ: ita ꝛ alios apud ſiles. Medicus aūt eſt et ille qui agit: ꝛ ille qui precipit ꝛ oſtēdit: ꝛ tertio loco ille qui a pue ritia expertus eſt circa artē. Sunt em̄ quidā tales in cunctis (vt ita dixerim) artibus. Tribuimus vero iudiciū nō minꝰ expertis ꝗ ſciē tibus. Deinde ꝛ circa electionē eodē ſe vr̄ modo habere. Nam re cte eligere ſcientis eſt opus: ceu geometram in geometria: et gu bernatorem in nauigatione: ꝛ ſi enim in quibuſdam operibus et artibꝰ concurrunt alij q̄dā ignorantes: non tñ melius iudicant ꝗ ſcientes. Itaq ſecundum hanc rationem auctoritas dominā di multitudini danda non eſſet: neq in electionibus magiſtratuū neq; in rationibus adminiſtratorum repoſcēdis. At enim forſan ħ omnia non bene dicuntur: etiam ppter ſuperiorem ſermonē: ſi ſit multitudo non nimis ſeruilis. Erit enim vnuſquiſq; deterior iudex ꝗ hi qui ſciunt: verūtamē ſimul oēs vel melius iudicabūt: vel non deterius. ꝛ de quibuſdam quidem non ſolum is qui fece rit: recte iudicat: ꝛ qui habet artem puta domum non ſolū is in telligit ꝛ iudicat qui fecit: ſed melius is qui vtitur. Utitur autem

D. Solon. E F G

paterfamilias:⁊ de temone melius gubernator ꝙ̃ faber:⁊ de epu
lis conuiua quã coquus. Hoc igitur dubium ꝑ hunc modum vi-
D detur ſufficienter ſolui. ❡ Eſt ⁊ alia dubitatio cum hac annexa:
q2 inconueniens videtur:vt deteriores qui ſunt:maiorum rerũ ha
beant poteſtatem quam ꝓbi. Rationes vero adminiſtratorum a
magiſtratibus repoſcere:⁊ magiſtratus ipſos diligerere maximũ
eſt:que duo in quibuſdaꝫ ciuitatibus a populo fiunt. Concio em̃
talium omnium domina eſt: atqui concionis quidem participes
ſunt ⁊ deliberant:⁊ decernunt exigui cenſus homines ⁊ cuiuſqꝫ
etatis:queſturam vero ⁊ preturam ⁊ maximos magiſtratus ſu-
ſcipiunt ex cenſu magno atqꝫ etate. ❡ Queſtio iſta poteſt eodem
Dilutio. modo ſolui: nam forſan id ſe recte habet:neqꝫ enim iudex neqꝫ
conſultor:neqꝫ is qui in concione exiſtit dominatur: ſed iudiciuꝫ
⁊ ſenatus:⁊ populus. Illorum vero vnuſquiſqꝫ eſt particula iſto
rum. Dico autem particulam conſultorem:concionatorem:⁊ iudi
cem:itaqꝫ iuſte domina maior eſt multitudo. Ex multis enim po
3 pulus conſtat:⁊ conſilium:⁊ iudicium:maiorqꝫ ſenſus eſt vniuer
ſorum quam ſingulorum per ſe: et quam illorum paucorum qui
magnos ſuſcipiunt magiſtratus. Hec igitur in hunc moduꝫ ter-
minata ſint. Prima vero illa queſtio manifeſtum facit:nihil adeo
vt leges recte poſitas debere dominari. Illum autem qui reipu.
preeſt:ſiue vnus hic ſit:ſiue plures in his poteſtatem habere de-
bere in quibus leges expreſſe cauere non poſſunt:ex eo quia non
facile ſit generali ſermone ſingulos caſus comprehẽdere. Quas
tamen leges recte poſitas dicamus nondum appet: ſed adhuc
ſupeſt anterior dubitatio. Atqui tales eſſe leges:quales ſunt reſ
pub. neceſſarium eſt prauas vel ſtudioſas: iuſtas vel iniuſtas: et
hoc vnum manifeſtum oportere ad ſpeciem reipub. leges eſſe ac
commodatas. Quod ſi ita ſit:patet ꝙ leges illas que ad rectas
gubernationes accommodate ſunt:neceſſe eſt eſſe iſtas. Illas ve
ro que ad earum labes:eſſe non iuſtas.

❡ De fine politice precellentia:nobilibus opulentis:iuſtitia vir-
tute bellica:legiſlatore. ❡ Cap. octauum.

CUm vero in cunctis ſcientijs ⁊ artibus finis ſit bonum
A maximum autem ⁊ maxime in principaliſſima omnium
hic autem eſt ciuilis poteſtas. eſt autem ciuile bonuꝫ iu
ſtum. id autem communis vtilitas. Uidetur autem om
nibus equum quoddam eſſe iuſtum:⁊ vſqꝫ ad aliquid cõſentiũt
philoſophicis rationibus de quibus determinatum eſt in mora-
libus. Quid enim ⁊ quibus iuſtum ⁊ oportere paribus par exiſte
re: quorum certe paritas:⁊ quorum imparitas ſit:oportet non late-
Improba re (habet enim id dubitationem) ⁊ philoſophiam ciuilem. Forſan
tio. enim diceret aliquis ſecũdum omnis boni ꝑeminentiam oporte-
re impariter magiſtratus tribuere ſi in alijs non differant:ſed pa

res ſint. Differentibus enim aliud eſſe iuſtum ⁊ ꝙ ſit ſm dignita-
tem. Atqui ſi hoc verum ſit erit ⁊ ſm colorem ⁊ ſm magnitudinē
⁊ ſm vnumquodqꝫ bonorum plus tribuendum de ciuili iuſto illis q̄ B
ſuperexcellunt: at hoc quidem falſum eſt: quod patet in alijs ſciē
tijs ⁊ artibus. Paribus.n. fiſtulatoribus quantum ad artem dā
da non eſt prerogatiua fiſtularum illi qui ſit nobilior. Nihil.n. me
lius canetur: ſed oportet his qui in opere ipſo ſuperexcellunt tri-
buere fiſtularum prerogatiuam. Quod ſi nondum patet quod dici-
mus etiam magis deducentibus erit manifeſtum: nam ſi erit ali-
quis excellens fiſtulatoria arte: inferior tamen nobilitate generis
vel forma: ⁊ ſi maius quodlibet illoruꝫ eſt bonum q̄ fiſtulatoria.
Dico autem nobilitatem ⁊ formaꝫ: ⁊ ſm ꝓportionem fiſtulatorie
ſunt anteponenda: tamen huic dande ſunt meliores fiſtule: opor-
tet enim in opus ipſum prerogatiuam conferre. Diuitiarum vero
⁊ nobilitatis reſpectus nihil confert. Preterea ſcd̄m iſtam ratio-
nem: omne bonum ad omne bonum eſſet vtiqꝫ compabile. Naꝫ ſi
magis aliqua magnitudo: ⁊ certe omnino magnitudo compabi-
lis foret: ⁊ ad diuitias ⁊ ad libertatem: itaqꝫ ſi magis hic excelle-
ret magnitudine q̄ ille virtute: ⁊ magis ſuperemineret omnino C
magnitudo: virtuti eſſent omnia conferenda. Quanto enim ma-
gnitudo huius illum ſuperaret tanto conſtat fore parem. Cum
vero hoc ſit impoſſibile: patet ꝙ in rebus ciuilibus nō ſcd̄m oēꝫ
imparitatem de magiſtratibus recte cōtēdunt. Si enim ſint hi qui
dem tardi: illi autem veloces: nihil ob hoc opꝫ alios plus: alios
minus habere: ſed in agonicis certaminibus horū excellentia ho
norem capit. At ex quibus conſtat ciuitas: in his neceſſe conten
tiones cadere. Quapropter rationabiliter ſibi arrogant hono-
rem nobiles ⁊ ingenui ⁊ opulenti. Oportet enim ingenuos eſſe
⁊ cenſuꝫ habere ad onera ꝑferenda. Non enim ciuitas eſſe poteſt
ex pauperibus oībus: quēadmodum nec ex ſeruis. At ſi hec req̄
runtur: ptꝫ ꝙ ⁊ iuſtitia ⁊ virtus bellica requiruntur: ſine his cm̄ ſta
re ciuitas non pōt. Hoc tantum intereſt ꝙ ſine primis illis ciui-
tas eſſe non pōt: ſine his aūt nō bene ꝑmanere. Ad hoc igr̄ vt ſit
ciuitas videri pñt: vel oīa: vel quedā iſtorū recte ſibi honores ven
dicare. Ad vitā tñ optimā diſciplina ⁊ virtus iuſtiſſime ſibi ven-
dicare honores vtiqꝫ viderent: vt ſupra dictum eſt. Cū vero nec
omniū partiū par habere debeāt: q̄ in vno aliquo ſint ꝑes nec im
par ipares ſm vnū neceſſariū eſt oēs hmōi reſpu. tranſgreſſio-
nes eſſe: ⁊ labes. dictū vero eſt prius: q: inter ſe quodāmodo oēs iu
ſte contendunt: ſimpliciter aūt nō oēs iuſte. Opulēti quidē ꝙ plus
regionis poſſident. regio autē cōe quiddā. Preterea in commer D
cijs magis creditur eis: vt plurimum. Ingenui autem ⁊ nobiles
quaſi prope inter ſe: ciues.n. magis generoſiores q̄ ingeneroſi.
Nobilitas autem apud oēs in honore habetur. Inſup: q: conſen

taneũ eſt ex melioribus ortos eſſe meliores: eſt enim generis virt⁹ nobilitas. Similiter quoqꝫ dicemus virtutem merito contentionem inducere: ſociabilem enim virtutem diximus eſſe iuſtitiam: cui cetere omnes virtutes neceſſario ſequuntur. Atqui ⁊ plures ad pauciores: nam ⁊ potentiores ⁊ ditiores: ⁊ meliores ſunt vt
E ſuſceptis pluribus ad pauciores. ❡ An ergo ſi omnes iſti forēt
Queſtio. in vna ciuitate: ceu boni ⁊ diuites ⁊ nobiles: eſſetqꝫ alia multitudo populi. Utrum in dubio veniret quibus gubernatio reipubl. foret tribuenda: an non eſſet dubium. In vnaquaqꝫ igitur repu.
Reſpōſio earum quas diximus indubitatum eſt iudicium: quinam debeāt gubernare. Principalibus enim inter ſe differunt: ceu alia p diuites eſſe: alia p virtuoſos: ⁊ aliarum vnaqueqꝫ eodem modo: ſꝫ conſiderandum eſt quando circa idem tempus iſta exiſtunt quo modo ſit determinandum. Nempe ſi virtuoſi ſint in ciuitate admodum pauci q̃ſo eſt agendum? An conſiderare opꝫ ſi pauci ad opus gubernandi rempub. ſufficiant: aut tot eſſe oporteat: vt ex his ciuitas conſtet. Eſt autem dubitatio quedam in cunctis qui
F de honoribus reipub. contendunt. Nã quivꝫ pp diuitias vel pp genus gubernationem ſibi retribuendam putant nihil iuſte dicere videntur. Sequeretur enim vt ſi vnus omnium ditiſſimus foret: is eodem iure gubernare alios omnes deberet. Eodem modo qui nobilitate antecellit eorum gubernator eſſet qui cum ipſi ſint ingenui de honore contendunt: hoc idem forſan continget in optimatum gubernatione circa virtutem. Si quis enim vnus p bitate antecellat alijs qui in eadem republi. verſentur hunc dominari oportebit ſecundum illam rationem. Ergo ſi ⁊ multitudinem dominari opꝫ ex eo: quia potentior eſt q̃ pauci: ⁊ ſi vnus vel plures vno pauciores tamen q̃ multitudo potentiores ſint alijs hos oporteat gubernare potius q̃ multitudinem. Hec itaqꝫ oīa videntur oſtendere: ꝙ harum determinationũ nulla eſt recta ſꝫm quam cenſent ſibi quiſqꝫ gubernationem eſſe tribuendam: ceteros vero omnes ſub eorum gubernatione eſſe debere. Nam pfecto ⁊ ad eos qui p virtutem ſibi arrogant gubernandi auctoritatem: ⁊ ad eos qui p diuitias rñdere poſſet multitudo iuſtũ ſermonem. Nihil enim vetat multitudinem quandoqꝫ meliorem eſſe
G q̃ pauci/ac ditiorem: non ſecundum ſingulos: ſed ſcđm vniuerſos. Ex quo ad queſtionem illam quam afferunt p hunc moduꝫ reſponderi poteſt. Querunt enim quidam ad quid reſpicere legis conditor debeat in legibus rectiſſimis conſtituendis. Utrum ad meliorem vel ad plurium vtilitatem: quando contingat quoc modo diximus. Rectum quidem accipiendum eſt eque. Equevero rectum ad totius ciuitatis vtilitatem ⁊ ad communem ciuium. Ciuis autem communiter qui particeps eſt imparandi ⁊ parendi: licet alius ſecundum vnamquamqꝫ ſpeciem rerum publicarũ

Scđm

Secundū autem optimam ſpeciem qui poteſt ⁊ eligit parere et imperare ad vitam ſecundum virtutem degendam.

¶ De vno:ceteris virtute precellenti:oſtraciſmo:optima repub.

¶ Capitulum nonum

Quod ſi vnus ſit vſq; adeo ſuperexcellens virtute vel plures q̄ vnus:nec tn̄ tot numero vt implere ciuitatem poſſint:vt neq; cōparanda ſit aliorū omniū virtus:neq; facultas regendi rempub. ad hanc plurium ſi ſint plures:vel vnius tm̄ ſi vnus:non amplius hi ponēdi ſunt ciuitatis pars. Fieret enim illis iniuria:ſi alijs paribus pares cenſerentur:cū ſint vſq; adeo ſuperiores ſcd̄m virtutē atq; ciuilem potentiā. Putandū eſt em̄ talē virū tāq̄ deū hoībus eſſe. B ¶ Ex quo manifeſtū eſt poſitionē legū neceſſariā eſſe circa equales genere ⁊ potentia:ſed de illis qui tales ſunt nō eſt lex: ipſi enim lex ſunt. Etem̄ ridiculus eſſet qui legi illos ſubijcere conaretur. Diceretur em̄ fortaſſe quēadmodū de leone ſcribit. Antiſthenes cōcionantibus lepuſculis:ac cēſentibus equū oēs habere debere. Ideoq; a ciuitatibus q̄ populariter regūtur: oſtraciſmus repertus eſt propter eiuſmodi cauſam. He ſiquidē ciuitates equalitatem maxime oīm cōplectūtur. Quare qui ſuperexcellere videtur:vel propter diuitias:vel propter amicos:vel propter aliquā aliā ciuilem potentiam:extra ciuitatem relegatur ad temp⁹ aliquod determinatū. Tradūt etiā fabule ob huiuſcemodi cām. Herculem ab argonautis fuiſſe relictum:nō em̄ vna cū alijs nauem regere illum voluiſſe vt nimium ſuperexcellētem inter nauigantes. B Quapropter qui vituperāt tyrānidem ⁊ conſilium Periādri Traſibulo datū:non ſimpliciter exiſtimādi ſunt recte dicere. Periādri conſiliū. Ferunt etiam Periādrum nihil reſpōdiſſe ei qui conſilij petendi cauſa ad ipſum miſſus fuerat:ſed ſupereminētes ſpicas demetendo ſegetem adequaſſe. Cuius cauſam cum non intelligeret nuncium ac factum ab eo narraret: intellexiſſe Traſibulum q̄d oportebat ſupereminentes ciues auferre. Hoc autem nec ꝓdeſt ſolum tyrānis nec ſolum faciunt tyranni:ſed ⁊ in paucorum potentia:⁊ in populari ſtatu ſimiliter ſe habet. Oſtraciſmus em̄ eādem quodammodo vim habet tollendo eos qui ſupereminent ⁊ in exilium pellendo. Hoc idem ⁊ in ciuitatibus ⁊ in gentibus faciūt hi qui dominātur: velut Athenienſes circa Samios ⁊ Chios ⁊ Leſbios. Quā primum enim imperium firmiter habuere: eo in multis peſſundarunt: contra federis equitatem. Perſarum autē rex Medos ⁊ Aſſyrios:⁊ alios qui magnum aliquid de ipſis ſapiebant ob imperium prius habitum ſepe cōterruit. ¶ Queſtio autem propoſita circa omnes eſt rerum publicarum ſpecies vniuerſaliter que ſunt recte:nam ille que tranſgrediūtur ad propriā reſpicientes vtilitatem hoc agunt. Quinimmo ⁊ ille que ad com

mane reſpiciunt bonum eodem modo ſe habent:patet hoc in alijs quoqꝫ artibus ⁊ ſcientijs:neqꝫ enim pictoꝛ excedentem menſuram pedem animal habere pateretur: quamuis pulcherrimus ille pes eſſet.neqꝫ faber proꝛam aut aliam partem nauis.neqꝫ certe magiſter choꝛi:eum qui pulchꝛioꝛem ac melioꝛem toto choꝛo voce emittit.ſinet in choꝛo eſſe. Itaqꝫ ob hoc quidem nil prohibet eos qui domini ſunt conuenire cum ciuitatibus ſi pꝛopꝛie dominationis gratia que pꝛincipatibus vtilia ſunt agant. Quare ſecundum eas quas confitemur ſuperexcellentias quandam habet vtilitatem ratio illa per quaꝫ oſtraciſmus fuit repertus. Melius tamen foꝛet ſic ab initio per legis conditoꝛem fuiſſet pꝛoutſum vt reſpu.non indigeret tali medicina. Secundo autem loco ſi quid tale accidat conandum eſt tali aliquo remedio coꝛrigere: quod tamen factum non eſt in ciuitatibus. Non enim reſpexerūt ad commodum publicum:ſed per ſeditionem vſi ſunt ciuili pulſione. In his igitur ſpeciebus gubernandi que lapſe ſunt quod ad pꝛiuatum commodum pertinet ac iuſtum eſt patet:foꝛſan autem non ſimpliciter iuſtum:⁊ hoc eſt manifeſtum:ſed in optima republi.magna habetur dubitatione non per excellentiam alioꝛum bonoꝛum ceu virīū ⁊ diuitiarum ⁊ amicitiarum: ſed ſi quis excellat virtute quid de eo ſit faciendum. Non enim dicenduꝫ eſt vt talis vir ſit de ciuitate pellendus:atqui.neqꝫ gubernationi alioꝛum talis vir erit ſubijciendus. Perinde enim eſt ac ſi qui iouem gubernare velint poteſtatem diuidentes. Reſtat ergo vt videtur naturam huius talem eſſe:vt omnes ſponte ſua illi parere debeāt itaqꝫ huiuſmodi q̄dē homines eſſe reges ꝑpetuos in ciuitatibus.

¶ De republica regia ⁊ regum ſpeciebus.

Capitulum decimum

A
De regia poteſtate Utrū͛ꝑ conducat ciuitatiꝫ regiōi regē hr̄e.

Foꝛſan vero poſt hoc congruum fuerit conſiderare de regia gubernatione. Dicimus enim hāc eſſe vnam ex rectis ſpeciebus rerumpublicarum. ¶ Conſiderandum eſt autem vtrum conducat ciuitati et regioni quam recte gubernari opoꝛteat regem habere vel non : ſed alia quedam ſpecies gubernandi magis conducat:vel an quibuſdam conducat : quibuſdam non. ¶ Ante omnia vero diſtinguendum eſt an ſit vnuꝫ genus eoꝛum:vel differentias habeant:vel plures:facile eſt intueri qd̓ plura genera ſunt. Nec eſt omnium regum modus vnus poteſtatis. In Lacedemonioꝛum enim repu.videtur rex eſſe maxime ſecundum leges:neqꝫ enim poteſtatem habet omnium : ſed cum egreditur extra regionem imperium habet eoꝛum que pertinent ad bellum. Preterea ſacrificia deoꝛumqꝫ cerimonie ei commiſſa ſunt:hec igitur regia poteſtas eſt quaſi auctoꝛitatem belli

B
Prima regni ſpēs.

ppetuā habere.vite eñ neciſq; alicuius nō hȝ poteſtatē niſi duȝ
bellū gerit:vt etiā apud antiquos fuiſſe videtur:qđ oſtendit Ho
merus:nam Agamennō in cōcionibus maledictis ꝛ iurgijs ve-
xabatur.ſed cum a concione digreſſus in prelio erat:occidēdi ha
bebat poteſtatē.Itaq; inquit quem ego procul a pugna fugien-
tem cōſpexero nō ſibi ſat erit fugere canes ꝛ aues: naȝ penes me
occidendi poteſtas . Una ergo ſpecies regni eſt auctoritas belli
ppetua:ꝛ quādoq; p genus : ꝛ quādoq; p electionē huiuſmodi
regnum obtinet. ¶ Eſt ꝛ alia inſuper monarchie ſpecies qualia ¶ Scda re-
ſunt apud quoſdā barbaros regna vim habētia proximā tyran gni ſpēs.
nidi:licet ſint legitima:ꝛ ſm morem patrie. Ob id enim quia ma
gis apte ſunt ad ſeruiendū nationes barbarorū q̄ grecorum : et
eorū qui incolunt Aſiam q̄ eorū qui Europā:pferunt ſub herili
principatu ſeruile iugum equo animo:ꝛ ob hoc tyrānica ſunt hu
iuſmodi regna:ſed habēt ſecuritatē:q2 more ꝛ legibus cōſtituun
tur. Et ea de cauſa cuſtodiā hn̄t regiā nō tyrānicā:reges eñ a ci
uibus armis cuſtodiunt. Tyrāni vero ab externis mercede cōdu
ctis. Et reges ſm leges:ꝛ volentib⁹ : Tyrāni vero inuitis domi-
nātur. Itaq; alteri ciuibus cuſtodiunt:alteri contra ciues cuſto-
diam parant. Sunt igitur hͤ de quibus dictū eſt due ſpecies mo- ¶
narchie. ¶ Tertia eſt ſpecies vt antiquitus in grecia fuere quos Tertia re
vocabant eſymnetas. Eſt autē hec vt ſimpliciter dicamus electi gni ſpēs.
ua tyrānis differens a barbarica nō eo q2 legitime : ſed eo q2 non
conſuete poteſtas.aut huiuſmodi:aut viuente eo durabat:aut tē
pore:vel rebus geſtis finiebat:qualem elegerunt quandoq; Mi
tylenei Pittacū aduerſus exules ſuos:quib⁹ preerāt Anthime-
nides:ꝛ Alceus poete:oſtendit hic Alceus in quodā loco ſuorū
carminum:increpat enim q2 Pittacum hominem obſcuri gene-
ris laboranti ciuitati prefecerint. Huiuſmodi igitur ſpecies quia
tyrannice ſunt dominationem habent:quia vero electiua ſunt et
volentium:regie. ¶ Quarta ſpecies regni eſt : quales erant he- ¶ Quarta
roicis temporibus ſpontanee ꝛ ſecundum morem:ꝛ legem : pro- regni ſpe
pter beneficia enim a primis collata in populos : vel per artes: cies.
vel per bellum:vel per congregationem in vnum:vel per acquiſi
tionem regionis:delatum fuit eis regnum de populorum volun
tate ꝛ ſucceſſoribus. Id erat ſecundum morem. Hi et imperium
habebant belli : ꝛ rei diuine cultum exercebant : niſi talia eſſent
ſacrificia que ſacerdotium requirerent : et poſtea de controuer-
ſijs iudicabant:et hoc faciebant alij iureiurando preſtito ; alij ſi-
ne iureiurando : erat autem illis iuſiurandum per ſceptri eleua-
tionem . Veteres igitur illi reges antiquis temporibus ciuita-
tes/ꝛ gentes/ꝛ nationes externas continuo gubernabant : po-
ſtea vero partim ipſis regibus dimittentibus:partim multitudi
ne detractante illud ſolum in quibuſdam ciuitatibus relictum

eſt regibus vt cerimoniarum erga deos haberent facultatem:ac belli duces in externis eſſent.

¶ De ſpeciebus regum imperatore/optimo viro : optimis legibus:vno multis:potentia circa regem.

¶ Capitulum vndecimum.

Regie ergo poteſtatis tot ſunt ſpecies quatuor. videlꝫ. Una qualis erat tpibus heroū:volentiū.ſ.⁊ in quibuſdam determinatis rebus. Dux eñ belli ⁊ iudex controuerſiarum:⁊ dñs cerimoniarū erga deos. Altera erat barbarica ex progenie.ſ.dñatio ſm leges. Tertia quā eſymnetiā vocāt quā eſſe diximus electiuā tyrannidē. Quarta laconica:ea autē eſt vt ſimpliciter dicā imperiū belli in quodā genere perpetuum. Iſta quidē igitur per hunc modū inter ſe differunt. Quinta eſt ſpecies quādo vnus omniū hꝫ poteſtatē quēadmodū vnaqueqꝫ gens:⁊ ciuitas vnaqueqꝫ publice ordinata ad exēplar gubernationis domus : vt eñ gubernatio patriſfamilias eſt regia quedam poteſtas domi : ita regia poteſtas eſt ciuitatis ⁊ gentis vnius aut plurium quaſi domeſtica quedā gubernatio. Fere autem due ſunt regni ſpecies de quibus cōſiderationē facere expedit:vna hec de qua diximus:altera laconica: nam aliarū plereqꝫ inter has medie ſunt. Paucioꝝ eñ domine ꝙ omnimoda poteſtas regia:plurium vero ꝙ laconica. Itaqꝫ cōſideratio fere circa duo verſatur. Unum cōducat ne ciuitatibus perpetuum belli ducem habere:⁊ hunc vel per genus : vel per electionem: Alterum conducat ne vnū habere poteſtatē omniū:an nō? De duce igitur belli cōſiderare ad leges potius pertinet:ꝙ ad aliquā ſpeciē reipub. Nam in omni repub.id cadere poteſt. Quare dimittamus hanc pmā partē. De rege autē qm̄ hec eſt gubernādi legitima

B ſpecies cōſiderare opꝫ:⁊ dubitationes que in ea cadunt percurrere. ¶ Caput vero huius queſtionis eſt vtrum expediat magis ab optimo homine regi vel ab optimis legibus gubernari. Qui gubernationē hominis pferūt aiunt leges ſolū vniuerſaliter puidere:non autē ad ſingulariter ordinari. Itaqꝫ in quacūqꝫ arte literis precipue fatuum eſſe ⁊ in egypto poſt tertiā diem mouere licet medicis:quod ſi prius periculo id agunt ſuo:patet ergo propter eandē cauſam nō eſſe per literas ⁊ leges optimā gubernationem. Atqui ⁊ illam adeſſe oportet gubernātibus vniuerſalem rationem:⁊ melius certe cui non adeſt turbatio aliqua omnino ꝙ cui naturaliter ineſt. Hac igitur turbatione lex caret. Mens vero humana non caret. Sed forſan dicet aliquis ꝙ per huiuſmodi rationem probabilius deliberabit circa ſingula. Quod igitur neceſſe ſit ipſum legis conditorem eſſe:ac leges poni : manifeſtum eſt:ſed non inuiolabiles : quia tranſgrediuntur. Nam in ceteris quidem inuiolabiles eſſe oportet: at de quibuſcunqꝫ lex aut pro-

uidere poteſt omnino: aut non bene prouidere: vtrum in his vni viro optimo danda ſit poteſtas vel multis. Etenim nunc plures ſimul cognoſcunt de cauſis: deliberant & iudicant. Sunt autem huiuſmodi iudicia de ſingularibus: & cum vnuſquiſq; per ſe forte aſſe deficiat. Ciuitas autem ex multitudine conſtet: vt conuiuiū ad plures conferunt melius ꝙ vna atq; ſimplex menſa: ſic iudicia multorum ſepe meliora ſunt ꝙ vniuſcuiuſq;. Preterea multitudo minus ſubiacet corruptioni quemadmodum aque magna congeries: ſic etiam plures ꝙ pauci incorruptibiliores ſunt. At cum vnus iudicat ſi ira vel alia huiuſmodi perturbatio vincat neceſſarium eſt iudicium corrumpi: ſed in multitudine difficile foret omnes iraſci atq; errare. Sic multitudo liberorum hominū qui nihil agant preter legem: niſi in quibus ex ipſa neceſſario deficiat: ꝙ ſi hoc non facile in pluribus: ſi plures ſint boni viri et ciues. Utrum corruptior erit vnus in gubernando: vel cum erunt plures & boni omnes: vel patet ꝙ plures: Enimuero plures inter ſe factionibus contendunt: vnus autem non contēdit: ſed aduerſus hoc forſan ponendum eſt ꝙ ſtudioſi viri ſunt omnes vt ille vnus. Si ergo plurium gubernatio: bonorum autem virorum omnium optimatium dicitur: vnius autem regnum optabilius eſſet ciuitatibus ab optimis gubernari ꝙ a rege: & cum poteſtate & ſine poteſtate: modo reperiri queāt plures ſimiliter: & ob hoc forſan rex ab initio repertus eſt ꝙ difficile erat viros plures excellenti virtute reperiri: preſertim cum tunc ciuitates parue forent. Preterea ob beneficia accepta reges creauere ꝙ opus eſt bonorum virorum: ſed cum poſtea contingeret vt plures pari virtute reperirentur: non amplius tolerarunt regem: ſed commune quiddam querentes reſpu. conſtituere. Cum vero deteriores facti lucrum ſibi quererent ex gubernatione rerumpu. paucorum hinc potentiam exortam fuiſſe credendum eſt. Honorabant enim diuitias: ex his vero in tyrannides tranſire: ex tyrannis rurſus ad plebem: ſemper enim ad pauciores redeuntes: propter queſtus cupiditatem: multitudinem corroborauerunt, vt tandem inſurgēs multitudo ad popularem ſtatum ciuitates redegerit. Factis nempe maioribus ciuitatibus non facile eſt aliam ꝙ popularem gubernandi ſpeciem remanere. Si autem quis ponat optimum eſſe ciuitatibus a rege gubernari: quomodo fiet in filijs. Utrum per genus erit ſucceſſio: at ſi qualeſcunq; perniciosum eſt ſed non relinquet regnum huiuſmodi natis rex cum id in ſua ſit poteſtate. At non facile iam eſt in hoc fidem habere. Arduum enim ac maioris virtutis ꝙ ſecundum humanam naturā. Queſtio eſt etiam vtrum habere debeat qui regnaturus eſt circa ſe potentiam quandam qua poſſit compellere non parentes: vel quomodo gubernationem exercebit. Si enim habeat poteſtatem a

C Judicia multorū ſepe meliora ſunt ꝙ vniuſcuiuſq;.

D

E

F

legibus conceſſam: ⁊ nihil ex voluntate ſua faciat preter leges: tamen neceſſaria erit ſibi potentia per quam leges tueri queat. Forſan quidem de huiuſmodi rege non difficile eſt determinare: nam oportet ipſum vires habere: ſed tales vt vnoquoqꝫ ſeparatim ⁊ ſimul pluribus potentior ſit populo: tamen ſit impotentior vt antiqui ſolebant cuſtodiam ciuitatis tradere: ⁊ quãdo aliquẽ perficiebant eſymnetam vocitabãt: vel tyrannum. Et Dionyſio poſtulanti circa ſe habere aliquos cuſtodie cauſa: conſuluit quidam ſiracuſanis tot eſſe dandos.

¶ De poteſtate regia: multis: vno: multitudine apta regno: et alijs rebuſpublicis.

¶ Capitulum duodecimum.

Verum de eo rege qui cuncta ex voluntate ſua gerit conſideratio nunc eſt facienda. Nam ille qui ſm leges dicit rex: non facit (vt diximus) regie gubernationis ſpeciem: quia in cunctis rebuſpu. cadere poteſt: vt ſi quidam ducendo exercitui quotiens ciuitas bellum gerit perpetuo ſit prefectus: puta in populari ſtatu: ⁊ optimatium gubernatione: pluresqꝫ auctoritatem vni committunt belli gerendi. Eſt autem talis quedam deputatio apud Duracium: ⁊ apud Sipontinos: licet
A apud Sipontinos paulo cõſtrictior. Sed regia illa poteſtas pleniſſima per quam rex omnia ex voluntate ſua gubernat: videtur quibuſdam non eſſe ſecundum naturam vt vnus omnium dominus ſit ciuium: cum ex ſimilibus ciuitas conſtet: nam ſimilibus natura idem ius eſſe neceſſarium eſt: ⁊ eandem dignitatem ſecũdum naturam: quare vt parem habere impares alimoniam: aut veſtem nociuum eſt corporibus: ita ⁊ in honoribus res ſe habet. Similiter ergo ⁊ inequalem equalibus: ex quo non magis preeſ
B ſe q̃ ſubeſt iuſtum eſt: ⁊ per viciſſitudinem codẽ modo: ⁊ hec iam lex: nam inſtitutio lex eſt. Melius eſt igitur vt lex dominetur q̃ aliquis ciuium: eademqꝫ iſta ratione ſi quos preeſſe oportet: ita ſunt preficiẽdi vt cuſtodes legum atqꝫ miniſtri: neceſſe eſt eſſe aliquos magiſtratus cum poteſtate: ſed non vnum hunc eſſe debere aiunt in ciuium paritate: quecunqꝫ tamen videntur per legem quidem terminari non poſſe: per hominem vero cognoſci poſſe: prudenter cauens lex adiungit: cetera iuſtiſſima intentione iudicari debere: per hos qui iudicijs preſunt. Ac inſuper emendare permittit quod videatur expertis vt melius diſponantur quam vt iacent. Qui igitur legem preeſſe iubet / videtur iubere deum preeſſe ⁊ leges: qui autem hominem iubet preeſſe adiungit ⁊ beſtiam ſeuam. Libido quippe talis eſt: atqꝫ obliquos agit etiã viros optimos qui ſunt in poteſtate: ex quo mens abſqꝫ appetitu lex eſt. ¶ Videtur autem de artibus falſum eſſe exemplum q̄ ſecundum literas medicari vanum eſſet: meliuſqꝫ fore ſi poſſidẽti

bus artem vtamur: nam illi quidem nihil contra rationem per
amicitiam agunt:niſi ꝙ recuſant mercedem accipere cum ſanos
fecerint. At in ciuilibus magiſtratibus multa per affectionem et
gratiam conſueuerunt delinquere:⁊ cum de fide medici timeret
ac ſuſpitio foret ne ſuſcepto ab inimicis p̄cio necare velit: tunc
ex litteris curam magis optaremus. Atqui egrotantes medici
alios ad ſe medicos vocant:⁊ magiſtri paleſtre alios magiſtros:
quaſi nequeant verum diſcernere qui de pꝛopꝛijs iudicant: et in
affectu conſtituti ſunt. Quare manifeſtum eſt ꝙ iuſtum queren-
tes medium querunt. Lex enĩ mediũ. ¶ Pꝛeterea validioꝛes ⁊ de C
validioꝛibus rebus leges ſunt ille que ex moꝛibus pꝛoueniunt
q̃ꝫ que ex litteris. Quare ſi minus fallitur hō q̃ꝫ hi q̃ ſm̄ litteras:
non tñ q̃ꝫ hi q̃ ſm̄ cõſuetudinẽ. Atq̃ nec facile eſt vnũ diſcernere:
opuſerit ergo vt plures ſint ſub eo iudicãtes. Itaqꝫ qđ refert hoc
ſtatim ab initio pꝛouidere vel expectare vt ipſe vnus alijs iſta cõ
mittat: inſuper quod pꝛius dicebatur ſiquidez vir ſtudioſus quo
niam melioꝛ ſit pꝛeeſſe debet. vno autem duo boni melioꝛes ſunt D
Hoc enim eſt quod Homerus ait. duo ſimul euntes: et optatio
Agamennonis: vtinam tales mihi decem conſultoꝛes adeſſent.
Sunt autem etiam nunc magiſtratus cuꝫ poteſtate iudicandi de
quibuſdam: ceu iudex de quibus lex pꝛouidere non poteſt: nam
de quibus lex determinare poteſt: nemo dubitaret. Sed cuꝫ que E
dam compꝛehendi legibus poſſint: quedam non poſſint: et hec
ſint illa que dubitationem et queſtionem faciunt: vtrum melius
ſit ab optima lege: an ab optimo viro gubernari. Nam que in cõ
ſultationem veniunt de eiſdem ferri legem impoſſibile eſt. Non
igitur aduerſus hoc aiunt ꝙ nõ neceſſarium ſit hominem in hu-
iuſmodi rebus iudicare: ſed ꝙ non vnum ſolum: ſed plures. Iu-
dicat enim vnuſquiſqꝫ in magiſtratu bene: ſi ſit eruditus pꝛimo a
lege. ¶ Foꝛſan vero abſurdum videri poſſet: ſi melius cernat
duobus oculis: et duabus auribus audiat: et duobus pedibus
duabuſqꝫ manibus agat q̃ꝫ plures pluribus. cum et nunc qui-
dam reges et tyranni oculos plures ſibi comparent: et aures: et
manus: et pedes: pꝛeficiendo amicos et curationem rerum eis
committendo: qui niſi ſint amici non faciunt ſecundum illoꝛum
intentionem. ſi vero ſint: amici et ſtatus illoꝛum et perſonarum.
amicus autẽ par et ſimilis. Quare ſi eos cenſet perficiẽdos certe
pares: ac ſimiles gubernationi p̃eſſe cẽſet opoꝛtere. Que igiť cõ
tẽdentes cõtra regiã gubernationem aiunt fere iſta ſunt. ¶ Sꝫ
hec foꝛſan in quibuſdam ita ſe habent: in quibuſdam autem non F
ita. Eſt enim quoddam natura dominabile: aliud regibile: aliud
populare; ⁊ iuſtum ⁊ vtile. Tyrannicum vero non eſt ſecundum
naturam: nec vlla aliarum gubernationum que rectam tranſ-

grediuntur formā:hec enim fiunt preter naturam.Sz ex his que dicta ſunt:ptz ꝙ in ſimilibus ꝛ paribus nec vtile eſt:neqꝫ iuſtum: vt vnus ſit dñs oīum.neqꝫ ſi non ſint leges:ſed tanqꝫ ipſa ſit lex: atqꝫ ſi ſint leges:neqꝫ bonus:bonoꝝ:neqꝫ nō bonoꝝ nō bonus: neqꝫ ſi ꝫm virtutē ſit melior per quēdam modum.Quis autē iſte ſit modus:dicendum eſt.Diximus vero aliqualiter ꝛ ante. Pri-
81 mo determinandū eſt quid congruat regi:quid optimatibus: qd reipu.Regibus cōgruit hmōi multitudo que natura apta ſit ferre genus preſtās virtute ad principatum ciuilem. Optimatibus vero cōgruens eſt multitudo liberorum que nata ſit ad ferenduz gubernationem eoꝝ qui ſunt ꝫm virtutē primarij.Ad ciuilem gubernationem aūt reipubli.cōgruit ea multitudo in qua populus innaſcitur bellicus qui gubernari poſſit ꝛ gubernare ꝫm leges ꝛ equitatē impartiēs tenuioribus honores ꝛ magiſtratus.Quando igitur aut totum genus aut inter alios vnum aliquē ita precellere contingat vt vnius ipſius virtus maior ſit alioꝝ omniuz virtute:tunc iuſtum eſt hoc eſſe regium genus:ꝛ omnium dominari:ꝛ hunc vnum eſſe regem.Ut enim dictum eſt prius non ſolū id habet iuſtitiam quam preferre ſolent rerumpub inſtitutores:ꝛ qui optimatum:ꝛ qui paucorum potentium:ꝛ qui popularem. Omnes enim excellentiam tribuunt:ſed excellentiam non eandem:ſed ſecundum prius dicta:neqꝫ interficere:neqꝫ in exilium agere:neqꝫ relegare hunc poſſe decet:neqꝫ dignari vt ꝑ vices gubernet:non enim natura fit vt pars ſuperet totum: habenti vero tantam excellentiam hoc accidit.Reſtat ergo ſolum vt huic ſuadenti pareatur ꝛ poteſtatem eum habere non per vices ſed ſimpliciter.De regia igitur gubernatione: ꝛ quas differentias habeat:ꝛ vtrum vtile ſit ciuitatibus:vel non: et quibus : ꝛ quomodo in hunc modum determinatum ſit.Cumvero tres dixerimus eſſe rectas gubernandi ſpecies:harum vero neceſſarium ſit eam eſſe optimam que ab optimis gubernetur. Talis autem eſt in qua contingit aut vnum aliquem omnium:aut genus totuz:aut multitudinem virtute preſtante gubernare eos:qui gubernari valeant ad eam vitam que ſit maxime expetēda:et in primis libris oſtenſum ſit neceſſarium eſſe vt ſit eadem virtus boni viri:ꝛ ciuis optime ciuitatis:patet ꝙ eodem modo:ꝛ per eadem fit vir bonus ꝛ ciuitatē ſtatueret quis ab optimis gubernari:vel a rege. Itaqꝫ eadē fere diſciplina ꝛ idē mores facerent ſtudioſum virū q̄ faciūt ciuilē ꝛ regiū.His determinatis conandū iā erit de optima repu. dicere queadmodum fiat:ꝛ quomodo conſtituatur.Nam neceſſe eſt de illa conuenientem conſiderationem facere.

Tertij Politicorum Ariſto.Finis.

¶ Quartus Politicorum Ariſtotelis.

¶ De optima republica ⁊ pertinentibus ad legiſlatorem.

¶ Capitulum Primum

IN cunctis artibus ⁊ ſcientijs que non circa par
tem ſed circa genus aliquod perfecte exiſtunt:
vnius eſt conſiderare: quid cuiq; conueniat ge= A
neri ceu exercitatio corporis qualis quali con=
ueniat: ⁊ que ſit optima. Optime enim nature
diſpoſitio ⁊ optime affluenti optimam conueni
re neceſſarium eſt: ⁊ que plurimis: vna oibus:
etenĩ hoc gymnaſtice eſt. Preterea vero ſi quis
nõ exactam illam cupiat habitudinem ⁊ ſcientiam circa certami B
na: nihilominus magiſtri gymnaſiorũ eſt hanc potẽtiã pparare:
eodẽq; mõ in medicina: ⁊ in fabricatione nauiũ: ⁊ veſtiũ: ⁊ in om
ni alio artificio videmus cõtingere. Quare manifeſtũ eſt ꝙ eiuſ=
dẽ eſt ſcie videre q̃ ſit optima reſpu. ⁊ qualis maxime ad votum
foret nullo extremorũ eã impediẽte: ⁊ q̃ qbus cõueniat. Nã plu=
res optimã eſſe qui forſan impoſſibile eſt. Itaq; ⁊ ea q̃ ſit ſimplr
optima: ⁊ ea q̃ quantum fieri põt optima latere nõ dz legis cõdi
torẽ ac vere ciuilẽ hoiem. Ac pterea tertia q̃ ſit ex ſuppoſitione.
Nã opz datã quoq; cõſiderare poſſe quẽadmodum ab initio con
ſtituatur: ⁊ cõſtituta ſeruaretur ꝗ plurimo tpe. Dico autem ceu ſi
cui ciuitati cõtigerit neq; optimam gubernationem habere: ne=
q; neceſſaria illa adeſſe: neq; illiſipſis que aſſint recte vti: ſz alijs
deterioribus. Preter hec autẽ oia eã gubernationem q̃ oibus ma
xime cõgruat ciuitatibus noſſe opz: vt tradũt plurimi eorum qui
de repu: tractãt. Et ſi de alijs recte dicũt: de vtilibꝰ vero oberrant:
non ſolum enim optimam rẽpub. cõſiderare opz: ſed etiã illã que
in vſum cadere poſſit: ⁊ que ſit facilior ⁊ cõior omnibus. Nunc au
tem alij ſupremam querunt ſolum multis ſane adminiculis indi=
gentem: alij magis cõmunem aliquã tradentes tollenteſq; eas q̃
in vſu ſunt laconicã vel aliã quãdã commẽdãt. At enĩ opz talem
inſtitutionem reſpu. inducere vt ſuadeantur ac poſſint homines
ex his q̃ ſibi aſſunt faciliter eã recipere. Nam eſt nõ minus diffici
le corrigere rẽpu. iam inſtitutam ꝗ ab initio inſtituere: quemad=
modum ⁊ poſt diſcere ꝗ ab initio didiciſſe. Quapropter non ſo=
lum his q̃ libris ſcripte ſunt reſpu. verũetiã illis q̃ reuera exiſtũt
auxiliari poſſe oportet ciuilẽ hoiem: vt diximus. Hoc autem face
re non poteſt ſi ignoret quot ſint ſpecies earum. Nam nunc qui=
dam putat vnã eſſe popularẽ: ⁊ vnam paucorum potentium qđ
nõ eſt verũ. Itaqđ opz nõ latere differentias omniũ: ⁊ quot ſint: C
⁊ quotupliciter cõponantur. Leges etiam ſimul cũ his cõſiderã=
de erũt q̃ ſunt optime ⁊ que conueniant vnicuiq; gubernationi.

Sũt eñ leges oẽs ad rẽpu.accõmodãde.nõ aũt reſpu.ad legem.
Eſt nãq̃ reſ.inſtitutio ciuitatis circa magiſtratus honoreſq̃ pu-
blicos queadmodũ debeãt impartiri:⁊ in quo ptãs auctoritaſq̃
ſumma debeat cõſiſtere:⁊ qui ſit finis cuiuſq̃ ſocietatis. Leges
autem earum varie ſunt per quas modus reipu.gubernande ſi-
gnificatur ſecundum quas debeant illi qui ſunt in poteſtate im-
perare:⁊ prohibere tranſgreſſores. Ex quo patet ꝙ neceſſarium
eſt differentia ⁊ numerum tenere ſingularũ rerũpu.etiã ad legũ
poſitiones. Neq̃ enim fieri põt vt eedem leges vtiles ſint pauco
rum potentie ac popularibus:neq̃ popularibus omnibus.ſi qui
D dem plures ſunt ⁊ non vna duntaxat.

¶ De ſpeciebus rerũpublicarũ trãſgreſſionibus cenſu poteſtate
de exquirendis a ciuili viro. Capitulum ſecundum

CUm vero in precedentibus dictum ſit a nobis tres eſſe
rerumpu. ſpecies rectas. Regnum optimatiũ:⁊ eam que
appellatur reſpu. ac tres earum tranſgreſſiones ⁊ labes
cũ regnũ in tyrãnidẽ optimorũ aũt gubernatio,in pauco
rum potentiam reſpu.aũt in popularẽ ſtatũ labatur. Et de opti
matum gubernatione ⁊ regia ſit dictum. ¶ Nam de optima re-
publi.conſiderare idem eſt ac de illis dicere:vult enim vtraq̃ illa
rum per virtutem ceteris opportunius concurrentibus conſiſte-
re:⁊ inſuper quid inter ſe differant regia ptãs ⁊ optimorum gu-
A bernatio:⁊ quando regia gubernatio putanda ſit determinaui-
mus. Reſtat nunc vt de illa que appellatur reſpu. dicamus: et de
ceteris gubernandi formis:vt de paucorum potentia:ac de popu
lari ſtatu:⁊ de tyrannide. Patet igitur harum tranſgreſſionum
que deterrima ſit:queue ſecunda:neceſſe eſt enim prime ⁊ diuiniſ
ſime traſgreſſionem eſſe deterrimam. Regiam quippe guberna-
tionem neceſſe eſt:aut nomen habere ſolum cum non ſit:aut pro-
pter magnam illius qui regit excellentiam eſſe. Ex quo fit tyran
nidem deterrimam exiſtere ac plurium a recta ſpecie gubernan-
di abeſſe. Secundo autem loco paucorum potẽtiã:nã optimorũ
gubernatio multũ ab hac ſpecie diſtat. Maxime vero mediocrẽ
eſſe popularẽ ſtatũ. Fuit ⁊ prius quidam qui iſto modo tradidit:
nõ tñ in idẽ aſpiciẽs nobiſcũ. Ille.n.eſtimabat rectarũ ſpecierum
omniũ ceu paucorũ potẽtie laudabilis ⁊ aliarũ deterrimã eſſe,po
pularem. Improbarũ vero optimam. Nos autem eas que tranſ-
grediuntur aberrare omnes dicimus nec paucorum potentia: ꝙ
melior ſit altera q̃ altera recte dicitur. Sed ꝙ minus improba.
B Uerum de his nunc diſcutere omittamus. ¶ Eſt autem a nobis
primo diſtinguendum quot ſint differentie rerumpublicarum.
ſiquidem plures ſunt ſpecies populares gubernationis ac pau-
corum. Deinde que communiſſima ⁊ optabiliſſima ſit poſt opti-
mã rẽpub.⁊ ſiqua contingit alia ad optimatium naturam decli

nãs recte conſtituta ⁊ q̃ plurimis congruens ciuitatibus quenã
iſta ſit: deinde aliarũ que a quibus expetẽda. Forſan enim quibuſ
dam neceſſaria eſt popularis gubernatio magis q̃ paucorũ po
tentia. quibuſdã vero hec magis q̃ illa. Deinde quẽadmodũ di
ſpoſitum eſſe cõueniat illum qui velit has gubernationes recipe
re. Dico autẽ popularẽ ſm ſingulas ſpecies. ac rurſus paucorũ
potentiã. Tandem vero omniũ iſtarum cum facta fuerit breuiter
mentio conandum erit referre quenam labes: ⁊ que conſeruatio
nes ſint: ⁊ cõmuniter omnium: ⁊ particulariter vniuſcuiuſq;: ⁊ p
quas cauſas illas maxime euenire cõtingat.

¶ De diuerſitate partium ciuitatis / de priſca / ⁊ propria de rebuſ
publicis ſententia. ¶ Capitulum tertium.

VT igitur ſint plures reſpu. ſpecies illa eſt cauſa q cu
iuſq; ciuitatis partes ſint plures. Uidemus eñ primo
ex domib⁹ cõſtare ciuitatẽ. deinde rurſus ex hac mul
titudine: alios eſſe diuites: alios pauperes: alios me
dios: diuitũq; ⁊ pauperũ partem eſſe bellicã: partẽ imbellem. Et
rurſus ex plebe partẽ agrorũ culture deditã videmus: ptem mer
cature: ptem opificijs: ⁊ ſordidis miniſterijs. Nobilitatis quoq; B
differentie ſunt ſm opulentiam ⁊ magnitudinẽ cenſus. Sunt eñ
alij equites quod munus nemo faciliter ſupportare poteſt: niſi
ſit diues. Itaq; antiquis temporibus quecũq; ciuitates equeſtri
potentia excellebãt in his paucorũ potẽtia gubernabat. Equita
tu autẽ bella cõtra finitimos exercebãt: ceu Eretriẽſes ⁊ Chalci
denſes ⁊ Magneſij qui ſunt ſub Meandro: ⁊ alie plures aſiati
carum ciuitatũ. Preterea ſunt alie nobiliũ: differẽtie quoſdã eñ
genus: quoſdã virtus extollit: ⁊ ſiquid aliud tale ciuitatis partẽ
eſſe oportet: dictũ eſt: ibi de optimatibus tractauimus: ibi namq;
diſtinximus quot ex ptibus neceſſarijs omnis conſtat ciuitas: ⁊
he quidẽ ptes: quãdoq; concurrũt oẽs ad rempu. gubernandã:
quãdoq; pauciores: quandoq; plures. Patet igitur q neceſſe eſt
plures reſpu. eſſe inter ſe differẽtes ſpecie. Nam ⁊ ipſe earũ ptes B
inter ſe ſpecie differunt. Reſpub. eſt inſtitutio gubernationum.
Hanc vero diſtribuunt oẽs: vel ſm aliquã equitatẽ cõmunem.
Dico autẽ veluti tenuiorũ ⁊ opulentorũ vel cõmunem aliquam
amborũ. Neceſſariũ eſt ergo reſpub. tot eſſe quot ſunt inſtitutio
nes circa earum ſupereminentias / ſm differentiã partiũ. Maxi
me vero due videntur eſſe quẽadmodũ de ventis dici ſolet: alios
quidẽ eſſe boreales: alios auſtrales: ceteros autẽ ventos horum
exceſſus: ſic eñ reſpub. duas eſſe: popularẽ. ſ. ⁊ paucorũ potentiã. Uenti.
Nam optimates ſpeciem eſſe paucorũ potentiũ poſuere: ⁊ eam C
que vocatur reſpu. dicebãt eſſe popularẽ quemadmodũ de ven
tis: zephirũ quidẽ borealẽ: eurum autẽ auſtralem. Eodemq; mo
do in harmonijs: vt quidam tradunt: nam ⁊ in illis poſuerunt

duas ſpecies: vnā doricā: alterā phrygiam: ceteras vero omnes vel ad doricā vel ad phrygiā referri. Maxime quidē igitur conſueuerunt de reb. pub. ſic exiſtimare. Sed certe verius ac melius eſt vt nos diuiſimus duarum vel vnius recte conſtitute ceteras eſſe tranſgreſſiones: vt recte armonie: ſic etiam optime reſpu. ad paucorū quidē potētiā inclināt que duriores ſunt ac magis violente. Que vero remiſſe ⁊ molles: ad popularē ſtatum pertinere.

¶ De populari gubernatione: partibus ciuitatis: ſpeciebus plebis ⁊ ſpecieb⁹ nobiliū: ⁊ ſpeciebus popularis gubernationis.

¶ Capitulum quartum.

Neꝗ vero popularis ita ſimpliciter ponenda vt quidā ponunt vbi multitudo dominatur. Nam ⁊ paucorū po-
A tentium: ⁊ vbiꝗ maior pars preualet. Etenim ſi eſſent vniuerſi mille trecenti: ⁊ horum mille forent opulenti: neꝗ partem gubernationis darent trecentis illis pauperibus ingenuis: ac ceteris paribus nemo diceret hanc eſſe popularem. Eodemꝗ modo, ſi pauci quidem inopes in ciuitate plus poſſent ꝙ̄ multi: ⁊ opulenti: nec honores illis impartirent: nemo vtiꝗ diceret hanc eſſe ſpeciem: que appellatur paucorum potentium. Potius itaꝗ dicēdum fuerit popularem quidem eſſe cum penes ingenuos homines eſt gubernatio: paucorum autem potentium cum penes opulentos. Sed contingit vt alteri multi ſint: alteri pauci. Pleriꝗ enim ingenui ſunt: rari vero diuites. Etēm ſi magiſtratus honoreſꝗ publice ſecundum magnitudinem diſtribue-
B rentur: vt in Ethiopia quidam tradunt fieri: vel ſecundum pulchritudinem: paucorum eſſet gubernatio: cum parua ſit multitudo ingenuorum ⁊ formoſorum. Verumtamen non iſto modo ſat eſt reſpu. iſtas determinaſſe: ſed cum plures ſint partes ⁊ multitudinis ⁊ paucorum potentium adhuc reſumendum eſt / vt neꝗ ingenui pauci exiſtentes pluribus: neꝗ Ionium multitudo ingenuis dominetur vt ī Apollonia que eſt in Ionio ⁊ in Thera. In vtraꝗ enim iſtarum vrbium honores dignitateſꝗ erant illorū qui nobilitate preſtabant: ⁊ qui primi in eas colonias venerant: qui erant pauci. Non autem diuitum licet multitudine ſuperaret populus vt in colophone antiquitus. Ibi enim poſſidebat magna patrimonia multitudo anteꝙ̄ bellum gererent aduerſus Lydos: ſed eſt multitudinis quedam gubernatio quando ingenui hominis ⁊ inopes multi exiſtentes gubernant rempu. Paucorū vero potentium quando opulenti ⁊ nobiliores pauci exiſtentes gubernant. Quod igitur plures ſint rerumpu. ſpecies: ⁊ quibus
C de cauſis / patet. ¶ Quamobrem vero plures ſint ꝙ̄ ille quas dictum erat: ⁊ quenam iſte ſint: ⁊ propter quid: deinceps dicemus: principio vnde prius aſſumpto. Fatemur enim non vnam partē: ſed plures omnem habere ciuitatem. vt igitur ſi animalis velle

mus ſpecies capere:primo ſegregarem⁹ id quod neceſſarium ſit animal omne habere:ceu quedam ſenſitiuorum:⁊ ꝙ cibum conficiat atqꝫ receptet: puta os ⁊ ventrem: ⁊ preterea illas quibus mouentur partes. Si itaqꝫ tot ſpecies ſolum: harum vero differentie forent:dico autem ceu oris genera plura:⁊ ventris ⁊ ſenſitiuorum: ⁊ preterea earum quibus mouentur partium. Harum coniugationis numerus neceſſario efficeret plura genera animalium:non eñ fieri poteſt vt idem animal habeat plures differentias oris:ſic etiã neqꝫ auriũ. Itaqꝫ quãdo ſuſcepte ſint oẽs combinationes iſtorum facient ſpecies animalis:⁊ tot quidẽ ſpecies quot cõiugationes ſunt partiũ neceſſariarũ. Eodem modo de rebuſpu. ciuitates eñ non ex vna: ſed ex multis partibus conſtat vt ſepius dictum eſt. D ❡ Una quedã pars eſt circa alimenta multitudo quos agricolas dicimus. ❡ Altera vero pars circa miniſteria ceu artifices ſine quibus ciuitas habitari non poteſt. Harum vero artium:alie ſunt neceſſarie:alie ad delitias pertinent:⁊ ad vite cultum. ❡ Tertia pars eſt forenſis multitudo que circa emendum vendendumqꝫ:⁊ circa mercaturam: ⁊ nummulariam verſatur. ❡ Quarta pars mercennarij. ❡ Quinta propulſatores belli: que quidem pars non minus neceſſaria eſt ciuitati ꝙ̃ aliqua ſuperior:ſi velint tueri libertatem. Impoſſibile eſt enim vt que ciuitas vocari mereatur ſit natura ſerua. Per ſe enim ſufficiens ciuitas. Seruus autem non per ſe ſufficiens eſt. Quapropter in libris de repu. ornate quidem hoc:ſed non ſufficienter dictum eſt a Socrate: E Inquit enim ex quatuor maxime neceſſarijs ciuitatem conſtare. Hos autem eſſe textorem: Agricolam: Coriarium: Edificatorem. Rurſus vero adiungit quaſi illa non ſufficiant. Fabrum:ferrarium ⁊ paſtorem:⁊ inſuper negociatorem: et nummulariũ:⁊ hec omnia complent primum ciuitatem. quaſi vero ciuitas omnis neceſſariorum gratia ſit conſtituta:ac non magis gratia honeſti: et quaſi eque indigeat coriarijs ⁊ agricolis.

Ex q̃tuor neceſſarijs ciuitas ɔſtat teſte Socrate.

❡ Propulſatores autem belli non primã facit partem:anteꝗ̃ aucta regione ac vicinis coactis ad bellum deueniatur. Atqui ⁊ in quatuor illis ⁊ in quotcunqꝫ communicantibus neceſſarium eſt eſſe aliquem qui ius dicat ac decernat. Siquidem ergo animam quis ponat animalis eſſe partem magis ꝙ̃ corpus et ciuitatum magis talia ponendum eſt eſſe partem quã ea que pertinent ad neceſſarium vſum:propulſatores belli. videlicet iuſtitie iudiciarie exhibitores:ac preterea conſultores: quod eſt ciuilis prudentie opus. Et hoc ſiue ſeparatim exiſtat quibuſdam ſiue eiſdem/ nihil refert ad hunc ſermonem. Nam ⁊ in armis eſſe ⁊ agros colere ſepe contingit eiſdem. Quare ſi hec ⁊ alia ponenda ſunt ciuitatis eſſe partes manifeſtuꝫ eſt:ꝙ ⁊ ꝓpulſatores belli p̃tes neceſſario ſunt ciuitatis. ❡ Septima pars eſt ipſoruꝫ qui magnis pa- F

trimonia habẽtes reipu.onera ſuſtinent quos opulentos voca-
mus. ¶ Octaua eoꝝ qui publicã operã exhibent :⁊ qui in ma
giſtratibus gerendis occupati exiſtunt. Ciuitas enim abſq; ma-
giſtratibus eſſe non poteſt. Neceſſariũ igitur eſt eſſe quoſdã qui
magiſtratus gerere valeant:⁊ hoc minus ſufferre in ciuitate: vel
perpetuo: vel ad tempus. Reliqua vero ſunt illa de quibus ſu-
pra determinauimus in conſulendo: ⁊ ius litigantibus redden-
do verſari. Si igitur hec ciuitatibus adeſſe oportet recteq; fieri
⁊ iuſte:neceſſarium eſt eſſe aliquos qui virtutem habeant rerum
ciuilium. Ceteras ergo potentias eiſdem adeſſe poſſe videntur
pluribus:ceu eoſdem eſſe propulſatores belli ⁊ agricolas ⁊ arti
fices. Et preterea conſultores ⁊ iudicantes. Arrogant quoq; ſi-
bi virtutem cuncti: ⁊ multifariam ſe idoneos exiſtimant ad gu-
bernandum. Uerum pauperes ac diuites eoſdem eſſe impoſſibi
le eſt. Quapropter he partes precipue videtur eſſe ciuitatis:ino
pes.ſ.⁊ opulenti. Et preterea ex eo ꝙ vtplurimũ alij pauci ſunt:
alij multis maxime omnium contrarie inter ſe partes iſte appa-
rent. Itaq; ⁊ reſpu.ſm earum preualentiam conſtituerũt ac due
videntur.ſ.popularis ⁊ paucorum potentia. Quod igitur ſint
plures ⁊ ob quas cauſas dictum eſt prius. ¶ Quod vero ⁊ po-
pularis ipſius ſpecies ſint plures ⁊ paucorum potentium oſten
Que ſunt plebis ſpecies. demus. Patet autem hoc ex his que dicta ſunt: nam ⁊ in plebe ⁊
in nobilitate plura ſunt hominum genera. ¶ Plebis quidẽ vna
B ſpecies agricole: alia artifices: alia negociatores: qui emendis
vendendiſq; rebus intendunt:alij circa rem maritimam: ⁊ horũ
alij bellatores:alij mercatores:alij naute:alij piſcatores: multis
enim locis horum omnium turba ingens:vt piſcatores Tarenti
⁊ Bizantij:naualis multitudo Athenis:mercatores in Egina et
Chio:Portitores in Tenedo:inſuper manuales ⁊ paruas facul
tates habentes qui ocioſi eſſe non poſſunt. Preterea qui non ex
vtroq; parente ciue ſunt orti: liberi tamen homines ⁊ ſiqua hu-
iuſmodi plebeiorum hominum ſpecies altera. Nobilitas vero di
uitie: genus:virtus:diſciplina:⁊ his ſimilia: que dicũtur ſm can
dem differentiam: popularis igitur prima ſpecies dicitur maxi-
me ſm equalitatem. Uult enim lex huiuſmodi popularitatis pa
res eſſe diuites ⁊ pauperes nec alteros plus poſſe: alteros min⁹:
ſed vtroſq; eſſe equales.ſi quidem maxime libertas eſt in popu-
lari ſtatu vt putant quidam ⁊ equalitas certe eſſet maxime pari
ter omnibus reipu.participantibus. Cum vero populus ſit mul
titudo:⁊ id obtineat quod pluribus videatur: neceſſe eſt vt h̄ ſit
popularis gubernatio. Una igitur ſpecies popularis eſt hec.
¶ Alia vero ſpecies:vt magiſtratus honoreſq; in repu. ſecundũ
cenſum patrimoniorum ⁊ eũ quidem paruum tribuantur: ita vt
qui tanta poſſidet habilis ſit ad honores reipub. ſuſcipiendos

qui vero non poſſidet ſit inhabilis. ¶ Alia ſpecies popularis eſt:
omnibus omnino ciuibus habilitas ſit modo non ſint aliqua ex
cā obnoxij: dominetur autem lex. ¶ Alia ſpēs popularis eſt: vt
oēs omnino habiles ſint ad magiſtratus gerendos modo ſint ci
ues ⁊ dñetur lex. ¶ Alia ſpēs eodēq̄ modo niſi ꝙ nō lex domina
tur ſed multitudo. Hoc aūt fit qñ populi decreta preualent legi-
bus. Accidit vero ob prepotentes quoſdam qui populū ducunt.
Nam in his rebuſpu. in quibus dñatur lex: prepotens aliquis nō
fit q̄ populū ducat: ſʒ optimi ciuium rēpub. gubernant. At vbi le-
ges nō dominantur: ibi ductores populi oriuntur. Solus eñ po-
pulus regit cōpoſitus vnus ex pluribus. Multitudo enim dñan
di auctoritatē hʒ nō vt ſinguli ſʒ vt oēs. Homerus aūt cū dicit nō
eſſe bonum vt [illegible] regāt. vtrū de hac dicit vel de illa cum plu-
res gubernan[illegible] ſinguli: incertuʒ eſt. Talis ergo populus vt po
te abſolutam poteſtatem habens dñari ſolus querit nec vlli legi
ſubeſſe: efficiturq̄ dominator. Itaq̄ aſſentatores eius in precio
habentur: ⁊ eſt homini ppls in gubernatione ſua tyranno per-
ſimilis. Iidem nempe mores et vtrobiq̄ meliores deprimun-
tur: et decreta huius populi perinde ſunt vt tyrāni precepta. Et
ductores ſuaſoreſq̄ huiuſmodi populi ſunt velut adulatores il-
li qui circa tyrānos verſantur: ⁊ maxime vtriſq̄ apud vtroſq̄ po
coniurati:cognita re prelio ⁊ armis expulſi ſunt. Et Amiſſei exu les ex Chio ſuſceptos tandem armis deijcere coacti ſunt. Zan cleí vero qui Samios receperunt mox ab eis ſunt propria ciuita te deiecti. Apolloniate qui ſunt in Euxino ponto incolis rece ptis ſeditione agitati ſunt. Et Syracuſani poſt tyrannos expul ſos cum hoſpites ⁊ conductos milites feciſſent ciues:in ſeditio nem ⁊ prelium inciderunt. Et Amphipolite receptis calcidenſiũ colonis:pulſi tandem ab illis ſunt fere omnes. Seditionem au tem concitant in paucorum quidem potentia multitudo indigne ferens quod cum ipſi ſint pares:non eque honorantur. In popu lari vero ſtatu nobilitas quod par fiat ceteris cum ipſi ſint pſtan tiores. C ¶ Incidunt etiam quandoq; in ſeditione ciuitates ꝓpter ſitum quando talis eſt locus vt non ad vnam eandemq; guber nationem ſit aptus:vt Clazomenijs accidit:qui in chytro habi tant:contra eos qui habitant in inſula:et Colophonijs erga no tios. Athenis quoq; non eodem modo:ſed multomagis popula res ſunt qui in Pyreo habitant ꝙ qui in vrbe:vt enim in prelijs tranſitus foſſarum etiam ſi admodum parue ſint interrumpit ordines militum:ita et ciuitate diſſidentia omnis videtur diſiun ctionẽ facere. Maxime forſan diſſident virtus ⁊ vitium. deinde paupertas et diuitie:⁊ alia magis ꝙ alia:quarum vna eſt illa de qua diximus.

¶ De medelis:⁊ documentis circa ſeditiones. Cap.quartum.

Oriuntur aũt ſeditiones nõ pro paruis rebus: ſed ex paruis ad magna perueniunt:maxime vero ẽt parue corroborantur:quando in principalib⁹ fiũt vt contingit Syracuſanis antiquitus. Mutatus eſt enim ciuitatis ſtatus propter duos adoleſcentes qui in magiſtratu cõſtituti ſimultatem inter ſe ha buerũt ex amatoria cã:altero enim abſente: alter puerum quem amabat ſibi conciliauit. at ille reuerſus cũ id gra uiter ferret: vxorem illius habere ſtuduit:ex hoc omnes qui ver ſabantur in repub. diuerſo fauore diuerterunt. Quamobrem ab iſtis principatibus cauendum eſt diligenter:ac diſſoluende ſta tim ſunt eorum diſcordie qui multũ in repub. poſſunt. In princi patu enim peccatur. Principatus autem dicitur eſſe dimidium totius. Itaq; paruum in principatu erratum correſpondens eſt ad alias partes. Omnino enim excellentium virorum diſcordie totam poſt ſe trahunt ciuitatem:vt contingit apud Heſticã poſt popularem ſtatum. Duobus enim fratribus de diuiſione patri monij contendentibus:vnus eorum qui erat pauperior quaſi nõ exhibente altero fratre bona omnia:neq; theſaurum quem pa ter inuenerat ꝓferente:ꝗrebat:ac populum in ſuos fauores per traxerat. Alter vero qui diuitijs pollebat locupletes ſibi acci

Documẽtum.

A

Principat⁹ dr ẽẽ toti⁹ dimidiũ. paruũ in pncipatu erratũ corrñdẽs eſt ad alˢ ptes.

eſſe pꝫficantur adinuicem (ceu diuites ꝛ plebs) mediū aūt parum
aut nihil omnino ſit. Si eñ queuis pars ita robuſta fiat. vt ad il
lam que predominabatur proxime accedat: non tolerat poſt hac
diſcrimina ſcire. Quapropter ꝛ qui virtute ꝓcellunt nullaꝫ (vt ita
dixerim) faciunt ſeditionem: pauci enim ſunt: alij vero permulti.
vniuerſaliter ergo in cunctis reb. pu. initia cauſeꝗ ſeditionū: ac
mutationum in hunc modum fiunt. Mutaꝛ aūt reſpu. quādoꝗ
per vim: quandoꝗ per dolum. Per vim autem: aut ſtatim: aut
poſtea compellendo. nā ꝛ fraus duplex eſt: nōnūꝗ enim decepti
ab initio ſua demum ſpōte recipiunt aliū gubernādi modū: dein
de poſtea violēter cōſeruāt: vt accidit cū quadringenti illi Athe
nienſium rēpu. ſuſceperunt: affirmātes eñ ꝙ pſarū rex pecunias
ad bellum cōtra Lacedemonios subminiſtraret: ac in eo mentiti
nihilominꝰ poſtea vi retinere gubernatiōem conati ſunt. Inter-
dū aūt ab initio pſuadētes: ac poſtea rurſum pſuaſis ſponte ac
volentibus retinent gubernationem. Simpliciter ergo circa oēs
reſpu. ex his que dicta ſunt cōtingit mutationes fieri.

¶ De mutatiōibꝰ: ꝛ modis mutationū popularis gubernatiōis.

Capitulum Quintum.

SEd opꝫ in vnaquaꝗ ſpecie rerumpu. hoc idem conſi
derare. Popularis ergo ſtatus maxime recipit muta — Ppl'aris
tiones propter eorum hominum perfidiam qui ſunt — guberna-
quaſi ductores in populo. Hi eñi ptim egregios q̄ſꝗ — tio i pau-
opulentoſꝗ ꝓuatim calūniādo conſpicere eos ſimul — corū po-
ꝯpellūt: (cogit. n. in vnū cōis metꝰ etiam eos q̄ priꝰ erāt inimiciſ — tentiam. A
ſimi) ptim quidem publice multitudini ſuggillādo: ꝛ hoc fere vbi
ꝗ in hunc modum fieri videmus. Nā ꝛ apud Coū popularis ſta
tus interijt ob prauitatem eorum qui populum ducebant: nobi
litas enim conſpiratione facta regimen ciuitatis arripuit. Et apꝺ
Rhodum: impoſitis enim pecunijs que conductis militibus ſol
uerentur: potentes quidam in pplo ꝓ ſe eas retinebant. p̄fecti au
tem claſſis cum pecunias non haberent ac nihilominus nauiga
re ex lege cogerentur: veriti penam iudicij: conſpirationem inte-
runt ad popularem ſtatum euertendum. ¶ Apud Heracliam
quoꝗ populus oppreſſus eſt ea de cauſa. Potentes enim quidā
in populo illatis iniurijs nobilitatem expulerunt. illi vero poſt-
ea conſpirantes et in vnum conuenientes in vrbeꝫ reuerſi popu
lum oppreſſerunt. ¶ Nec multo diſſimiliter apud Megarenſes
popularis ſtatus interijt. Ductores enim populi quo pecunias
per bonorum publicationem haberent multos e nobilitate pe-
pulerunt: vt tandem facta ſit permagna exulum multitudo. exu
les ergo in vnum conuenientes: p̄lio ſuparūt: oppreſſoꝗ pplo
paucorum potentiam conſtituerunt. ¶ Contingit hoc idē apꝺ
Cumas in populari ſtatu queꝫ deſtruxit Thraſymachus. ꝛ apꝺ

alios fere quis inſpiciat mutationes eodem modo contigiſſe.
x ¶ Interdum enim vt gratificentur iniuriantes nobilitatem conſpirare faciunt: vel patrimonia eque diuidentes vel redditus muneribus publicis ſubiicientes.. Interdum vero calumniantes. vt bona opulentorum publicari faciant. ¶ Vetuſtis quidem temporibus quando idem erat potens in populo: ac belli dux: populares, res in tyrannidem mutabantur: ꝛ ꝓfecto antiquorum tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti ſunt. Cauſa vero cur tunc fierent: non autem nunc illa eſt ꝙ tunc qui in populo maxime poterant erant ex his qui bello gerendo proficiebãtur: nondum enim dicendi peritiam habebant. nunc autem Rhetorica arte superueniente qui dicendi facultatē habent populos ducunt quidem. ſed quia imperiti ſunt rerum bellicarum tyrannidem inuadere non audent: niſi vbi parum aliquid tale incidit.
¶ Tyrannides certe frequentius fiebant prius ꝙ̃ nunc: ꝛ ꝓpter magnas poteſtates quibuſdam commiſſas: ceu Mileti ex pretura. Multarum enim ac magnarum rerum poteſtatem habebat pretor. Ac etiam ob id quia tunc vrbes non erant magne: ſed rure homines habitabant: ociū agentes: preterq̃ ab agris qui patroni erant in populis cum viri militares eſſent tyrannidem inuadebãt: idq̃ agebant omnes preſcita ſibi prius fide a populo: que acquirebatur ex inimicitia aduerſus opulentos: vt Athenis Piſiſtratus per factionem contra pediacos ſuſceptam: ꝛ Megaris Theagenes armentis opulentorum occiſis: que iuxta flumen reperiat paſcentia: ꝛ Dionyſius accuſans Daphneum ꝛ diuites meruit tyrannidem Syracuſis obtinere: ꝓpter inimicitiam nobilitatis ſibi fide a populo preſtita: quaſi popularis eſſet. ¶ Mutãtur etiã reſpu. ex conſueta gubernatione in vltimam ſpeciem popularitatis: cum enim per electionem ſunt magiſtratus: non tamen a cenſu. eligi autem populus ambientes populum: magiſtratuum gratia eo rem deducunt: vt ſit populus dñs etiam legum. Remedium autem ne hoc omnino fiat: vel vt minus fiat illud eſt vt tribus quidē magiſtratum eligant: non populus vniuerſus. Popularium igitur ſtatuum mutationes fere omnes per has fiunt cauſas.

¶ De mutationibus ꝛ modis mutationum: gubernationis paucorum potentie. ¶ Cap. ſextum.

Paucorum autem gubernationes mutantur ꝑ duos maxime modos manifeſtiſſimos. vnum ſi iniurijs afficiant multitudinem: quilibet enim patronus ſufficit: ꝛ maxime ſi ex numero paucorum dux aliquis exiſtat. quemadmodum in Naxo Lygdamis. qui tyrannidem poſtea Naxiorum inuaſit.

¶ Habet aūt etiam ex aliis: initium ſeditionis diſas: qñqꝫ enim A
ab ipſis opulentis qui non honorantur magiſtratibus fit diſſolu
tio: cum perpauci ſint illi qui dignitates vſurpant vt in Maſſa-
lienſibus: ⁊ Iſtro: ⁊ apud Heracliam: ⁊ in aliis ciuitatibus acci-
dit. Hoīes eñ ab honoribus excluſi res nouas moliri nō ceſſant
quoad ipſi quoqꝫ honorentur: ſeniores quidem fratrum poſtea
vero rurſus qui minores ſunt natu. Quibuſdaꝫ enim in locis nō
ſimul ad rempub. gubernandam recipiuntur filius ⁊ pater. alicu
bi vero frater ſenior ac iunior: ⁊ vbi paucorum potentia ciuilior
euadebat. In Iſtro ad popularem ſtatum ſeditioneꝫ inter nobi
litatem recidit. Apud Heracliam vero ex paucioribus ad ſexcen
tos. Mutata eſt etiam Gnidi paucoꝝ potētia ſeditione inter no
bilitatem ipſam coorta: ex eo ꝙ pars eorum ab honoribus exclu-
debatur: ſiquidem pater filium impediebat: ⁊ frater fratrem. nec
niſi qui ſenior foret: honorabatur. Inſurgens enim populus per
illorum diſcordiam ac ducem: nactus ex ipſa nobilitate peruicit:
imbecillis enim aduerſa pars erat. Et apud Erythrenſes in pau
corum gubernatione regiarum vrbium antiquis temporibus li-
cet diligenter curarent qui in gubernatione illarum verſabantur
tamen quia perpauci erant: non tulit ppl's: ſed remp. mutauit.
¶ Mutantur etiam paucoꝝ gubernatiōes ex ſeipſis propter fa
ctiones ipſorum qui plus poſſe volunt. hoc autem dupliciter fit:
qñqꝫ enim ſibi aſciſcunt ⁊ coniungunt alios ex ipſo numero pau
corum: vt Athenis in triginta illis fecit Charicles: ⁊ in q̄dringē
tis Phrynicus: qñqꝫ vero ipſi qui ſunt ex paucorum numero ven
dicant ſibi plebem vt apud Lariſſam nobilitas plebem colebat:
ex eo: quia per plebem fiebat electio magiſtratus illius qui cuſto
dia reipu. vocabatur: ⁊ in quibuſcumqꝫ gubernationibus pauco
ruꝫ non illi ipſi eligunt ad magiſtratus qui ⁊ gerere illos poſſunt
ſed ex cenſibus magnis tribuuntur: vel ex amicitiis: electio tamē
eorum per ciues fit: vel per plebem: vt Abydi: ⁊ vbi iudicia non
ſunt ex his qui rempub. gubernant colendo plebem: quo eorum
ſuffragia promereantur rempu. mutant: vt apud Heracliam con
tingit que eſt in ponto: quod idem accidit quando in gubernatio
ne paucorum quidam exiſtentes ad pauciores etiam rempu. tra-
hunt: pares eñ ceteris eſſe querentes compelluntur populum in
ſui auxilium adhibere. ¶ Fiunt etiam mutationes in guberna-
tione paucorum: quando prodigaliter viuentes: qui gubernant B
per luxuriam patrimonia conſumpſerint. Optant enim res no-
uas huiuſmodi homines: tyrannidemqꝫ vel ſibi ipſis vel alteri
affectant: quemadmodum Hipparinus Dionyſio ſyracuſis: ⁊
Amphipoli Cleotinus calcidenſes colonos ſuperinduxit: et
cum veniſſent ſeditionem cum illis contra diuites fecit. ⁊ in

magiſtratus. Sepe eñ conſtitutus eſt primus cenſus ad preſens tp̄s: vt participent in paucorum quidem gubernatione pauci: in repu. vero medij. felicitatē reruꝫ aliqua ſuperueniente: vel per pacem: vel per aliam cauſam: contigit eaſdē poſſeſſiones multi maioris precij fieri: itaqꝫ omnes efficiuntur habiles ad cunctos reipu. gradus dignitateſqꝫ ſuſcipiendas. idqꝫ contingit interdum ſenſim ⁊ latenter: interdum celerius. Paucorum igitur gubernationes mutantur: ⁊ ſeditionem recipiunt ꝓp hmōi cauſas. Omino autem ⁊ popularis ſtatus ⁊ paucorum potentie conuertuntur interdum non in contrarias ſpecies: ſed in eas que ſunt proprij generis. ceu ex inſtitutis popularibus ⁊ paucoꝝ in ipſa ꝓpria: ⁊ ex illis rurſus in iſta.

De mutationibus ⁊ modis mutationum optimatum. Capitulum Septimū.

IN optimatibus aūt ſeditiones fiunt: interdum q̄dem ex eo ꝙ pauci ſunt honorum participes: qḋ in paucoꝝ gubernatione diximus ſeditionem mouere: Nā ⁊ optimatum gubernatio quemadmodum paucoꝝ eſt. in vtraqꝫ enim pauci gubernant: non tñ ꝓpter idem pauci: cū videatur propterea optimatum gubernatio eſſe paucoꝝ: maxime vero id accidere neceſſe eſt: quando ſit multitudo aliter ſentientium: quaſi ſimiles ſm virtutem: velut apud Lacedemonios: hi qui Parthenie nuncupabantur (ex ſimilibus eñ erant) quos deprehendētes res nouas moliri in Coloniā Tarentū miſere: vel qñ aliqui inhonorant cū ſint magni ⁊ nihilo inferiores virtute illis qui honores capiunt (quemadmodum Liſander a regibus) vel qñ vir fortis ⁊ magni animi non ſit participes honoꝝ: quemadmodum Cinadon ille qui coniuratione facta p Ageſilai tempora: Spartiatas opprimere tentauit. Preterea cum alij paupertate nimia p̄mūtur: alij diuitijs abundant: qḋ maxime in bello contingit: ⁊ accidit hoc Lacedemonijs in meſſenenſi bello. Oſtendit hoc Tyrteus poeta in illo carmine quod inſcribitur Eunomia: id eſt lex bona. exhauſti enim quidam per id bellum ac pauperes facti cēſebant agros equa portione ciuibus eſſe diuidendos. Inſuper ſi q̄s magnus ⁊ potens: etiaꝫ maior fieri: ac ſolus dominari velit: vt apud Lacedemonios videtur Pauſanias ille feciſſe: qui dux belli aduerſus Medos fuit: ⁊ apud Carthaginenſes Annon. Diſſoluuntur autem maxime ⁊ reſpu. ⁊ optimatum gubernationes propter tranſgreſſionem iuſtitie in ſeipſis factam: huius autem origo eſt non bene temperatam ſimul eſſe: ac permixtam in rempubl. quidem popularem gubernationem ⁊ paucorum: in optimatibus vero iſta ſimul atqꝫ virtutem: maximeqꝫ illa duo popularem dico atqꝫ paucorum. hec enim ⁊ reſpubli. co-

Opti. mutationis modi. A

B propter tranſgreſſionē iuſtitie maxīe diſſoluuntur reſpublicę.

nantur miſcere: ⁊ multe illaruȝ que optimates vocant. differunt em̄ optimates ab illis q̄ appellant reſpu. in hoc: ⁊ ob id ſunt alie eaꝝ minus alie magis durabiles. Illas em̄ que magis declinant ad paucoꝝ potentiam optimates appellant: illas vero q̄ ad multitudinem reſpu. vocant. Quapꝑ tutiores ſunt iſte q̄ȝ alie. Fortiꝰ eſt em̄ id qđ plus ac magis acquieſcunt equū habentes. Qui vero diuitijs abundant ſi reſpu. excellentiam eis tribuat contumelia ceteros afficere pergunt: nec par habentes cōquieſcunt: penitus em̄ ad quācūqȝ ſpēm declinet gubernatio ciuitatis in eā trāſmutatur vtriſqȝ ſuum augentibus velut reſpu. ad populuȝ optimates ad paucoꝝ potentiam. vel in contraria ceu optimatuȝ gubernatio in popularem: tanq̄ȝ enim iniuriā patientes in contrarium trahunt qui magis ſunt inopes. reſpu. vero in paucorū potentiam transmutatur. Solum em̄ ſtabile eſt ſm dignitatē equū ⁊ habere q̄ ſua ſunt. Cōtingit vero id qđ modo diximus in Thurijs: qđ em̄ a maiore cenſu erāt magiſtratus in minorem facta eſt mutatio: ⁊ in plures gubernatores: ⁊ q̄a agros totos poſſidebat nobilitas cōtra legē: nā gubernatio eiꝰ ciuitatis magꝭ erat paucorum itaqȝ plus habere poterant. At populus bello exercitatꝰ ac potentior effectꝰ q̄ȝ illorū cuſtodes nobilitatem cōpulit agros qui contra legem tenebant dimittere. Inſuꝑ q2 oēs optimatum ſpēs ad paucorū potentiā declinant nobilitas in illis plus habȝ velut apud Lacedemonios opes ⁊ diuitie in paucis ſunt: ac magnam licentiam habet nobilitas faciendi quodlibet: ⁊ cuiuſcūqȝ voluerit curam hr̄e: q̄ cauſa fuit vt Locrorū ciuitas interiret: ꝑꝑ Dionyſij clientelas: qđ nō contingiſſet in populari ſtatu: neqȝ in ea optimatum gubernatione. que mixta temperataqȝ fuiſſet.

C ¶ Maxime vero latent optimatū gubernationes paulatim ſeſe diſſoluentes: qđ quidem dictum eſt prius vlr de oibus rebuſpublicis: idqȝ inter cauſas mutationis minuta paruitas appellatur. quādo em̄ omittunt aliquid ex his que ad rempu. pertinēt ac deinde aliud paulo maius facilius mouent: quouſqȝ totā moueant reipu. formam. Qđ in Thurioꝝ accidit repu. cum em̄ legeȝ haberent per quam non niſi intermiſſo quinquēnio pretoraȝ gerere licebat: iuniores quidā rei militaris periti: ⁊ apud multitudinem famam habentes: cū ceteros qui in rebus gerendis verſabātur: ſpernerent: ac faciliter ſe conſecuturos arbitrarentur: legem totam illam tollere aggreſſi ſunt primum lata altera lege vt liceret perpetim eoſdem p̄tores eſſe. At cum populum viderent illos ꝓmpte admittentē: hi magiſtratus qui p̄erant ſuffragijs: quiqȝ appellantur conſultores cōmoti ſunt prius ad reſiſtendum: tamē poſtea deſtiterunt putantes hac vna lege q̄ȝuis ſoluta: ceteras tamen eſſe permanſuras. Poſtea vero ꝓhibere volentes ne alie mouerentur nihil ꝑficere valuerunt: ſed mutata eſt eorum reſpu. in

potentiam coꝛum qui nouas res aggrediebantur. ¶ Diſſoluun
tur vero cuncte reſpu. interdū ꝑ ſeipſas: interdū ꝑ externā cauſaꝫ
qñ contraria gubernatio ſit vel ꝓpe vel longe quidē ſꝫ admodū
potens: qđ quidem contingit Athenienſibus ⁊ Lacedemonijs.
Athenienſes eñi vbiqꝫ potentiā paucoꝛū: Lacedemonij vero vbi
qꝫ popularem ſtatum euertebant. Uñ igitur rerūpu. mutationes
ſeditioneſqꝫ exoꝛiantur: fere dictum eſt.

¶ De conſeruatione rerūpublicarum: precepta viginti.
¶ Capitulum Octauum.

Medela‑rū conſer‑nationū‑ꝯgregale.

DE conſeruatione aūt carū: ⁊ cōiter ⁊ ſeoꝛſuꝫ de vniuſ
cuiuſqꝫ: ꝯñs eſt vt dicamus. Illud ergo ante oīa pa
tet ꝙ ſi ſciamus ꝑ que coꝛrūpuntur reſpu. ſcim⁹ etiaꝫ
per que conſeruantur. Contrarioꝛum eñi contrarij ef
fectus. Coꝛruptioni aūt conſeruatio eſt cōtraria. ¶ In
illis igitur rebus que laudabiliter permixte ac temperate ſunt: il
lud eſt diligenter obſeruandum: ne quid ex legibus inſtitutiſqꝫ
moueatur: maximeqꝫ ab eo cauendū qđ paulatim repit. latet eñi
coꝛruptio: qꝛ non tota ſimul fit: decipiturqꝫ mens ab illis vt ſophi
ſtica illa rō: ſi vnūqđqꝫ puſilluꝫ ⁊ oīa: hoc aūt eſt vt ſiciꝫ eſt vt nō
totum eñi ⁊ oīa non puſillum: ſed compoſitum ex puſillis. Una
igitur cuſtodia aduerſus hoc pꝛincipiū eſt opponenda. ¶ Dein B
de non confidere his que finguntur quodāmodo ⁊ adhibeantur
ad populū. reprobant eñi ex ipſis operibus. Qualia vero dicam⁹
rerūpu. figmenta: ſupꝛius eſt oſtenſum. ¶ Intueri ꝫ quaſdam reſ
pub. durare non ſolū ex optimatibus: verūetiam ex paucoꝛū po
tentijs: nō qꝛ ꝑ ſe ipſe ſtabiles fiunt: ſed qꝛ hi qui gubernant recte
ſe gerunt: tam erga eos qui ſunt extra rempu. ꝙꝫ erga eos qui in
reipu. gubernatione verſant. Erga eos quidem qui non partici
pes ſunt gubernationis: non afficiendo ipſos iniurijs: ac preſtan
tioꝛes ipſoꝛum ad participationem reipu. recipiendo ipſos: cupi
doſqꝫ honoꝛis non deprimendo: neqꝫ multitudinem ſuis commo
dis fraudando. erga illos vero qui ſocij in gubernāda repu. ſunt:
humane inuicem ac populariter ſe gerendo: equalitas enim illa
que in populari ſtatu affectatur: ea in ſimilibus non ſolum iuſta
eſt: verumetiam vtilis. Quamobꝛem ſi plures ſint in gubernatio
ne reipub. conſtituti: eis per multa populariũ inſtitutoꝛum vti
lia ſunt: ceu ſemeſtres eſſe magiſtratus: vt omēs qui ſimiles ſunt
adipiſci valeant: ſunt enim tanquam populus quidam illi qui
inter ſe pares ac ſimiles ſunt: itaqꝫ in illis frequenter exiſtunt
velut duces quidam populi: vt pꝛius diximus. Deinde minus
in potentias incidunt paucoꝛum gubernationes et optima‑
tes: non enim ſimiliter facile eſt latere male agentem in bre‑
ui tempoꝛe magiſtratus ⁊ in longo. Nam ob hoc in pau‑

trarias ptes voco ceu pſtantes viros multitudini: ⁊ diuites pau
peribus. Conandumqꝫ eſt vel admiſcere pauperes cum diuitibꝰ
vel medios augere. hi enim diſſoluent ſeditiones ob imparitatē
ꝓcedentes. ¶ Maximum vero illud eſt in omni repu. ⁊ legibus
⁊ cetera omni diligentia conſtituendum: ne ex magiſtratibus lu
cra ꝓueniant: id autem maxime in paucorum gubernatione eſt
obſeruanduꝫ: leuius enim ferunt populi qui a repu. excluduntur
quinimmo gaudent ꝙ ſua agere non impediūtur. At ſi exiſtimēt
eos qui magiſtratus gerunt ex his que cōia ſunt ditari duplicem
capiunt moleſtiam: ⁊ ꝙ ab honore excluduntur: ⁊ ꝙ a lucro. Uno
vero mō contingit ſimul exiſtere popularem ſtatum ⁊ optimatū:
ſi ita quis inſtituat foret enim vt ⁊ nobiles ⁊ plebei haberent que
vtriqꝫ vellent. Licere enim omnibus rempu. gerere: populare eſt
magiſtratus vero a nobilibus teneri optimatum. hoc autem acci
dit quando ex magiſtratibus non ꝓueniunt lucra: pauperes eñ
magiſtratus nō volent ſi nil inſit lucri: ſed potius ſuis rebus ꝓ
priis intendere: diuites autem quia non indigent ex repu. lucra-
ri magiſtratus gerent: atqꝫ ita cōtinget egenis quidem ditari ob
operaꝫ rebus ſuis impenſam: nobilibus vero non ſubijci cuicūqꝫ
Ad hoc autem vt non ſurripiantur pecunie publice aditio fiat a
ciuibus omnibus pecuniarum ſuarum ⁊ deſcripte per ſocietates
⁊ ordines: ⁊ tribus deponantur. Quod vero magiſtratus ſint
abſqꝫ lucro ſtatuendi per legem ſunt honores his qui optime ſe
geſſerunt. Oportet autem in populari ſtatu diuitibus parcere: ac
non modo poſſeſſiones eorum non auferre: ſed ne fructus quidē
earum: quod in quibuſdam ciuitatibus imprudenter fit. Melius
enim eſt volentibus prohibere ne munera illa ſubeant que ſint
magni ſumptꝰ ac nullius vtilitatis: ceu choros exhibere ⁊ ludos
⁊ faces inſtar Chiorum: ⁊ cetera huiuſmodi munera. ¶ In pau
corum vero gubernatione cura eſt pauperum ſuſcipienda diligē
ter: ⁊ officia quibus ſunt ſalaria conſtituta iſtis tradenda: ⁊ ſi qs
diuituꝫ eos contumelia affecerit: maior pena eſt conſtituenda ꝙꝫ
ſi ipſi inter ſe idem feciſſent. Et ſucceſſio in hereditatibus per co
gnationem ſit: non per donationem: nec valeat quiſqꝫ plures he-
reditates capere: ſed vnam ſolummodo. Per hunc enim modum
magis equales erunt facultates: ⁊ egenorum permulti ad abun-
dantiam traducentur. Utile eſt ⁊ in populari ſtatu: ⁊ in paucoruꝫ
gubernatione: aliorum vel equalitatem vel preſidentiam tribue-
re his qui minus participant repu. In populari quidē diuitibꝰ:
In paucorum vero gubernatione egenis: exceptis tamen his ma
giſtratibus: in quibus vis auctoritaſqꝫ reipu. conſiſtit. hi enim
ſolis his qui ſunt ex repu. aut ſaltem pluribus cōmitti debent.

¶ De conditionibus pcipuos adeuntium magiſtratus: ⁊ pcep
tis popularitatum: ⁊ potentatū ſaluādoꝝ. Cap. nonum.

TRia vero debent habere illi qui principales ma-
giſtratus ſunt ſuſcepturi. primum vt ament pre-
ſentem ciuitatis ſtatum. deinde vt habeant potẽ-
tiam maximam ad ea exequenda que magiſtrat⁹
requirit. tertium vt habeãt virtutem ⁊ iuſtitiam
in vnaquaq; repub. ad ipſam rẽpu. Niſi eñ iuſtuȝ
idẽ ſit in cunctis rebuſpu. neceſſe foret ⁊ iuſtitie eſſe differentias.
¶ Habet autẽ dubitationem quando hec omnia non cõcurrunt
in quemadmodum ſumere oportet: ceu ſi ſit quidem aptus ad rẽ
militarem: ſit autem ille idem improbus: nec reipub. amator: al-
ter vero iuſtus ⁊ amator: ſed ad rem militarem non aptus: cuius
facienda ſit electio. Uidetur inſpiciendum eſſe ad duo: cuius ma-
gis ꝑticipent omnes: ⁊ cuius minus. Quapropter in re militari
quidem ad peritiam magis ꝙ̃ ad ꝓbitatem eſt reſpiciendum.
Pauciores enim ſunt rei militaris periti: plures vero ꝓbitatis.
contra vero in cuſtodia ⁊ adminiſtratione erarij: plus. n. ꝓbita-
tis requiritur ꝙ̃ quantum habeãt multi: ſcientia vero huius cõ-
A munis eſt omnibus. ¶ Dubitari etiaȝ poteſt ſi potentia aſſit rei
pu. ⁊ amicitia quid opus eſt virtute: ſufficient. n. illa duo ad reip.
vtilitatem. an quia fieri poteſt vt duo illa hñtes ſint intemperati
itaq; vt ſibiipſis non obtemperant ſcientes ⁊ amãtes ſeipſos: ſic
etiam erga rempu. nihil vetat ita ſe habere quoſdam. Simplici-
ter autez quecunq; in legibus prodeſſe diximus cuncta illa rẽpu.
conſeruant. Et quod ſepe iam diximus maximum fundamentuȝ
eſt cuſtodire vt potentior ſit ea ꝑs que remp. ſaluã eſſe velit ꝙ̃ il-
la que nolit. Preter hec autez omnia latere non oportet quod mõ
latet eas reſpu. que trãſgrediuntur mediũ. Multa. n. popularia
vidẽtur que popularẽ ſtatum diſſoluunt: multa etiã que paucoꝝ
eſſe vñr: diſſoluunt paucorum gubernationem. Qui vero exiſti-
mant hãc eſſe vnam virtutẽ: trahunt ad exceſſum: ignorantes ꝙ
quemadmodũ naſus: excedit rectitudineȝ laudabilem ad aquili-
num eſſe vel ſimũ: ſed tñ pulchritudinem ac gratiã retinet: at ſi q̇s
magis trahat ad exceſſum ꝑmo quidẽ abijcit congruentẽ menſu
ram ꝑtis: tãdem vero ita diſponitur: vt nõ naſus appeat ꝑꝑ ſuꝑ
excellentiã ac defectum cõtrariorum: eodẽ modo ⁊ de alijs parti
bus. Contingit autem hoc ⁊ circa alias gubernationes: nã pau-
corum quidem potentiã ⁊ popularem ſufficienter ſe habere con-
tingit: ⁊ ſi tranſgrediãtur ab optimo ſtatu: qđ ſi quis intẽdat ma
gis vtrãq; earũ: deteriorem ꝑmum efficiet rempu. tãdẽ vero neq;
rempu. eſſe. ¶ Quapropter id non ignorari oportet a legis con-
ditore: ac ciuili homine: qualia popularium ſeruent populi ſtatũ:
⁊ qualia pauco appentia euertãt paucoruȝ gubernationẽ: nulla
enim iſtarum videtur ſtare poſſe abſq; opulentijs ⁊ multitudine.
Sed qñ adequatio fiat facultatum: aliam neceſſe eſt eſſe rempu.

Itaq; diſſoluentes leges que ſunt circa excellentiam diſſoluunt reſpu. Aberrant vero ⁊ in populari ſtatu: ⁊ in paucorũ gubernatione. In populari quidem ductores populi: vt multitudinẽ dominam legũ efficiant: ob id enim faciunt ſemꝑ ciuitatem opulentis repugnantẽ. at oportebat contrariam videri ſemꝑ dicere pro opulentis. In paucorum vero gubernatione pro populo: eos qui rempubli. gubernant: ⁊ contraria iurare ꝙ nunc iurent. In quibuſdam enim ciuitatibus nunc iurant populum odio habebo: ⁊ conſilio annitar vt male habeat. Expetit autem ſimulare ac fingere contrarium atq; ita iuramentum concipere: non afficiam populum iniurijs. ¶ Maximum autem omnium que dicta ſunt ad reip. ſtabilitatem eſt id quod nũc paruifaciunt omnes eruditi ad reip. diſciplinã. Nihil. n. ꝓſunt vtiliſſime leges que a gubernatoribus decernuntur: niſi moribus inſtituti ⁊ diſciplina imbuti in re pub. homines fuerint: ſi leges populares populariter: ſi paucorũ potentie ad hanc ipſam gubernationem. Nam ſi eſt in vno intẽperantia: eſt etiam in ciuitate. Diſciplina autem reipu. eſt non ea facere ꝑ que letentur pauci potentes: aut populares: ſed ꝑ que valeant illi quidẽ paucorum gubernationem tenere: hi vero popularem. Nunc autem in paucorum potentia gubernatorum filij delitijs intendunt. Tenuiorũ autẽ filij gymnaſijs laboribuſq; exercentur: itaq; ⁊ volunt magis ⁊ poſſunt res nouas moliri. In populari vero ſtatu que maxime videtur eſſe popularis contra quã vtile ſit conſtitutum eſt. huius rei cauſa eſt male diffiniunt libertatem. Duo ſunt enim quibus popularis ſtatus diffinitur poteſtate ſumma populi: ac libertate. Iuſtum autẽ equum videt eſſe equum vero quocũq; videatur eſſe multitudini id eſſe ꝓcipuum Liberum aũt ⁊ equum quodcunq; velit quis facere. Itaq; viuit vnuſquiſq; vt vult in hmõi populari ſtatu ⁊ ad quod gliſcit: vt ait Euripides: ſed hoc eſt prauum: non enim putandum eſt eſſe ſeruitutẽ viuere ad formam reſpu. ſed ſalutem. Ex quibus igitur mutantur reſpu. ⁊ corrumpuntur: ⁊ per que ſeruantur: ⁊ permanent: vt ſimpliciter dicamus: tota ⁊ talia ſunt. B

¶ De mutationibus regni ⁊ tyrannide.

¶ Cap. decimum.

Reſtat nũc videre de vnius gubernatione ex quibus corrumpatur: ⁊ per que ſeruari valeat: fere autẽ ſimilia ac ꝓpinqua ſunt illis q̃ diximus ſupra de ceteris gubernationibus: illa que circa regnũ ⁊ circa tyrannidẽ cõtingunt: nam regia quidẽ poteſtas optimatũ gubernationi rñdet. ¶ Tyrannis autẽ paucorũ potentia illa poſtrema ⁊ ex populari cõponitur. Quapꝑ pernicioſiſſima ẽ his q̃ ſub ea ſunt vtpote ex duobꝰ ꝯpoſita malis: ⁊ tranſgreſſiones ⁊ delicta ꝯtinens: q̃ ex ambabus illis reip. gubernationibꝰ ꝓueniũt. Regni mutatio ex tyrannidis. B

Exiſtitq; generatio ſtatim ex cõtrariis vtriq; iſtarum. Naz regia poteſtas ꝓ tutela preſtantium viroꝝ contra populuz reperta eſt ⁊ fit rex ex preſtantibus ꝑ excellentiam virtutis: vel rerũ geſtaꝝ que ſint a virtute: vel ꝑ excellẽtiaz huiuſmodi generis. Tyrãnis vero originem habet a populo ac multitudine contra nobilitatẽ vt populus iniuriam ab illis non patiatur: patet hoc ex his que contigerunt. Fere enĩ tyranni vtplurimum facti ſunt ex ducibus populoꝝ: fidem adepti ab initio ꝓpter calumnias contra nobili tatem iactas. Tyrannides igitur alie in hunc modum conſtitute ſunt ciuitatibus iam adauctis. Alie prius ex regibus tranſgredi entibus patria iura: ⁊ affectantibus magis dominari. Alie ex ele ctis ad principales magiſtratus. Antiquitus enim populi conſti tuebant diuturniores adminiſtrationes ⁊ procurationes. Alie ex paucorum potentia eligentium vnum aliquem ad maximos magiſtratus. Omnibus iſtis modis facultas fuit id preficiendi ſi modo voluiſſent per potentiam ſibi preexiſtentem: vel ex regia poteſtate: vel ex honorib⁹ a populo exhibitis: ceu Phidon apud argos: ⁊ alij alibi regiam poteſtatem habentes tyranni ſunt fa cti. Circa Joniam vero tyranni ⁊ Phalaris ex honoribus: Pa netius quoq; in leontinis: ⁊ Cypſelus corinthi: ⁊ Piſiſtratus atenis: ⁊ Dionyſius ſyracuſis: ⁊ alij eodem modo ex fauore po pulorum: apud quos multum poterant. ¶ Ut ergo diximus re

B gia poteſtas inſtituta eſt ſecundum optimatum gubernationem eſt enim ſecundum dignitatem vel per virtutem propriam: vel generis: vel per beneficia collata: vel per iſta ſimul ac potentiam Omnes enim qui maxima beneficia in ciuitates genteſq; contu lerunt: vel qui eam facultatem habuerunt vt conferre valerent: hoc honore potiti ſunt. Alij bello conſeruatis populis ne in ſer uitutem deuenirent: quemadmodum Codrus. Alij a ſeruitute liberatis vt Cyrus. Alij ꝙ condidiſſent vrbem: vel ꝙ regionem acquiſiſſent: quemadmodum Lacedemoniorum ⁊ Macedonũ ⁊ Moloſſorum reges. Uult autem rex eſſe cuſtos vt qui diuitias habent nihil iniuſtum patiantur: nec etiam populus afficiatur contumeliis. ¶ Tyrannus autem (vt ſepe iam diximus) ad nul

C lam communem reſpicit vtilitatem niſi gratia proprij commodi. Eſt autem obiectum tyranni quod placeat: regis quod honeſtũ ſit. Quamobrem ⁊ illa in quibus plus habent: ſunt tyrannis quidem pecunie: regibus autem honores. Et cuſtodia regi a ciui bus ſuis eſt: tyranno autez a peregrinis. ¶ Quod vero tyrannis cõtineat illa mala / que ſunt ⁊ popularis gubernationis / ⁊ pau corum potentie: manifeſtum eſt. Ex paucorum quidem potentia finem eſſe diuitias: per has enim ſolas neceſſe eſt permanere: vt conductos retineat cuſtodes: vt ſumptus faciat in educando: vt populo ſuo in nulla parte confidat. Itaq; arma ciuibus ſuis adi

mere: ac multitudinem populi conculcare: ac ex vrbe pellere: et va cuã habitatoribus ciuitatem reddere: cõmunia ſunt paucorum potentie et tyrãnidis. Ex populari aũt vexare nobilitatem: clam euertere et aperte in exilium pellere tanq̃ aduerſarios et machinatores contra potentiam ſuam. Ex his enim et inſidias aduerſus eos iniri contingit: aliis dominationem affectantibus: aliis ſeruitutem fugientibus. Unde Periandri conſiliũ Thraſybulo datum ſupereminentes ſpicas decerpere tanq̃ opportunũ ſemp ſit eminentiores ciuium de medio tollere. ¶ Ut igitur fere dictũ eſt: eadẽ principia mutationum ſunt exiſtimanda: et in rebuſpu. et in vnius gubernatione. Per contumeliam.n. et per metum: et p contemptũ inſurgũt plerĩq; ſubiectorum aduerſus dominantes. Iniurie vero maxime per cõtumeliam: nõnunq̃ etiam per ablationem rerũ fiunt. Sunt aũt et fines ibi tales quales ſunt circa tyrannides et regna. Opes enĩ et honores qui in tyrannis regibuſq; conſpiciuntur maximi: affectant omnes. Inſurgitur autẽ qñq; in corpus dñantis: qñq; in ipſam dominationem. Qñq; aũt per contumeliam inducuntur hoĩes ad inſurgendum: dum impetus fit: in corpus. Cũq; ſint contumelie partes plures vnaqueq; illarum concitat ad iram. Iraſcentium vero plurimi vltionis cauſa impetum faciunt: non cauſa potentie quale fuit illud filiorũ Piſiſtrati. ob contumeliam.n. ſorori Armodii illatam: et ipſum Armodium iniuria affectum: impetus in eos factus eſt: ab Armodio q̃dem ꝓpter ſororem: ab Ariſtogitone autem pp Armodiũ Aduerſus Periandrum quoq; Ambracie tyrannũ inſidie facte ſunt ex eo: q: in potu quem amabat puerum interrogauit an ad huc ex ſe pregnans eſſet. Philippus vero a Pauſania occiſus eſt: q: non vlciſcebatur contumeliam ſibi factam ab Attalo. Et Amyntas paruus a Derda: quia iactaret ſe eius etate abuſum. Et eunuchus ab Euagora cyprio: quia enim mulier renuit filiũ eius: quaſi cõtumelia affectus eum necauit. ¶ Plurime vero inuaſiones facte ſunt ex eo: quia in corpus verecũdiam intuliſſent nonnulli eorum qui ſoli erant in principatu: qualis fuit inuaſio illa Cratei aduerſus Archelaũ Semper enim moleſta illi fuerat conſuetudo eius: itaq; parua etiam occaſio ſufficiens fuit: vel q: filiarum nullam ſibi dederat cũ ſe daturum promiſiſſet. Sed primam aucupatus a bello aduerſus Sirrã arabeum tradidit regi Elibie: Alteram vero filiam minorem natu filio Amynte coniugauit: exiſtimans per hunc modum minime ſibi fore aduerſaturum ex Cleopatra genitum: ſed indignationis principium extitit quod grauiter ferebat ſe ad libidinis gratiam haberi. Fuit vna cum illo ad rem patrandam Hellanocrates lariſſeus ob eandẽ cauſam. Qui eñ abuſus etate illius non vt promiſerat faciebat in patriam deduci: ob contumeliã id fieri ratus eſt: nõ ob amorẽ.

admirant. Hi autē vt ex re geſta memorabili atq; egregia famā
ac celebritatē nominis conſequātur: tyrānos adoriūtur: nō dña
tionem acquirere volentes. ſed gloriā. Sunt tamen perpauci q̄
ob hanc cauſam moueātur. Conſtituendū eſt enī ſibi viuendum
non eſſe niſi rem confecerint: quibus adeſſe op; Dionis propoſi-
tum: ſed non facile quidē fieri in multis. Ille enī cum paucis mi
litibus contra Dionyſium profectus: ait quātumcū q; progredi
poſſe ſatis id ſibi fore: vt ſi vel parū terre illius inuaſiſſet pulchrū
iam ſibi mori exiſtimaret. ¶ Corrūpuntur autem tyrānides vno
quidem modo vt vnaqueq; aliarum rerumpu. ab extra ſi aliqua
ſit contraria reſpub. robuſtior. Nam volūtas quidem aderit pro-
pter contrarietatem electionis. Que autem volunt omnes effi-
ciunt modo poſſint. Contrarie vero ſunt gubernationes: popu-
lus quidem tyrānidum ſm Heſiodum vt figulo figulus: nam gu
bernatio populi illa poſtrema tyrannis eſt. Regia vero poteſtas
ꝛ optimatum gubernatio propter contrarietatem gubernandi.
Quapropter Lacedemonij multas euerterunt tyrannides: ꝛ Sy
racuſani per id tempus quo reſpub. eorum recte gubernābatur.
¶ Alio autem modo corrumpuntur cum in ſeipſis ſeditionē ha
bent: quemadmodum circa Gelonem factum eſt ꝛ nunc circa
Dionyſium: Gelonis enim filium Thraſybulus Hieronis fra-
ter per illecebras ꝛ voluptates traducebat vt ipſe dominaretur.
Domeſtici vero ac neceſſarij per factionem repugnabant vt non
tyrannis omnino diſſolueretur: ſed Thraſybulus. Uerum alij in
ter hoc conſpirantes eam occaſionem nacti ipſos omnes pepu-
lerunt. Dionyſium autem Dion contra eum copijs ductis cum
eſſet affinis ſuſcepto populo illum pepulit: ipſe vero interfectus
eſt. ¶ Cum q; due ſint cauſe propter quas maxime contra tyran 3
nos inſurgunt: odium ſcilicet ꝛ contemptus: odium quidem exi
ſtat oportet in tyrannos. Ex contemptu autem plurime fiunt
euerſiones. Huius vero ſignum fuerit quod pleriq; eorum qui
dominationes adepti ſunt: eas vſq; ad extremum coſeruaue-
runt. Sed qui ab alijs ſuſceperunt confeſtim (vt ita dixerim) pe-
rierunt omnes. In voluptatibus enim viuentes efficiuntur faci-
le contemnendi / ac multas prebent occaſiones opprimendi ſui.
Particulam vero quandam odij debemus iram exiſtimare nam
quodammodo earundem rerum cauſa exiſtit: ꝛ eſt interdum ira
efficacior q̄ odium: vehementius enim inſurgunt: quia pertur-
batio illa nō vtitur ratione. Maxime vero cōtingit vt ira deferā
tur qui cōtumelia fuerunt affecti. Per quā quidē cauſam ꝛ Piſi
ſtratidarum deleta eſt tyrannis: ꝛ multe aliarum. Sed odium
magis. Nam ira cum dolore fit: quare non facile ratione vtitur.
Odiū vero ſine dolore. Ut autē ſummatim dicamus quotcunq;

cauſas diximus paucorum potẽtie illius per praue tꝑate atqꝫ po
ſtreme ⁊ popularis gubernationis extreme: totidem ⁊ tyrãnidis
cauſas eſſe ponendũ eſt. Nam ⁊ he ſunt tyrãnides quedam atqꝫ
ſub tyrannidũ diuiſione contente. ¶ Regnum autẽ ab his que
extra ſunt ꝗ minime corrũpitur: quapꝓ ⁊ diuturnius eſt. ex ſe au
tem ipſo: vtplurimũ euerti contingit. Corrũpitur autẽ duob⁹ mo
dis. Uno ſi ſeditio oriatur inter eos qui participes ſunt regni.
Alio modo ſi tyrannice gubernare pergant volẽtes eſſe dñi plu-
rium ⁊ contra legẽ. ¶ Non fiunt nunc amplius regna: ſed ſi qua
fiunt monarchie ⁊ tyrãnides magis ſunt: ob id qꝛ regnũ ſponta-
nea gubernatio eſt: dñiuꝫ vero maiorũ eſt. At plurimi pares ſunt
neqꝫ vſqꝫ adeo precellentes vt ad magnitudinẽ dignitatẽqꝫ hui⁹
gradus ſe poſſunt attolere: atqꝫ ex eo fit vt ſponte illi non parea
tur. ꝙ ſi deceptione quis aut vi dñetur: iam apparet hanc eſſe ty
rãnidem. ¶ In regnis autẽ illis in quibus ſucceditur ꝑ genus
ponendũ eſt corruptionis eſſe cauſam vltra illas que ſupra ſunt
dicte: ꝙ plerumqꝫ contẽnendi homines ſuccedunt in regnũ: ⁊ ꝙ
cum non habeant potentiã tyrannicã ſed regiã: ſuperbiunt. Eſt
eñ facilis deiectio regis: ſi enim nolint ſtatim nõ erit rex. At etiã
tyrannus etiã nolentiũ eſt. Corrumpuntur ergo gubernationes
vnius: per has ⁊ huiuſmodi cauſas.

¶ Per que regna ſaluãtur: ⁊ quibus modis retinent tyrãnides.

¶ Capitulum vndecimum.

Saluantur autẽ ſimpliciter loquendo ex contrariis. Sin
gulariter autem loquendo per deductionẽ illarũ ad me
diocrem modũ: quãto eñ magis reſtringit poteſtas oĩs
tanto maiori tẽpore neceſſe eſt eam durare. Nam ⁊ ipſi
qui regunt minus ſuperbiunt magiſqꝫ moderati fiunt: ⁊ illi qui
reguntur inuident minus. Propter hoc eñ ⁊ apud Moloſſos lõ
go tempore durauerunt reges: ⁊ apud Lacedemonios ꝙ ab ini-
tio ſtatiꝫ ĩ duas ꝑtes diuiſa fuerit regia poteſtas: ⁊ poſtea Theo
pompus ad mediocritatem magis illam deducẽs. Ephoros ſu-
peraddidit poteſtatẽ quidẽ minuens: ſed tꝑe augens regiam au
ctoritatem: vt faceret eam quodãmodo nõ minorẽ: ſed maiorem:
vt ad vxorem reſpondiſſe ferunt dicentẽ: an non erubeſceret ꝙ fi
liis minorem poteſtatem regiã derelinqueret ꝗ a parentib⁹ ipſe
accepiſſet: non profecto inquit: nam relinquo eis multo durabi-
B liorem. ¶ Tyrãnides vero ſeruantur duobus modis inter ſe cõ
trariiſſimis. Quorũ alter eſt is quem per ſucceſſionẽ traditũ plu
rimi tyrannorũ obſeruant. Horũ autem multa conſtituiſſe ferunt
Periandrũ corinthiũ. Multa etiã ex gubernatione Perſarũ eſt
aſſumere. Sunt autem ħ illa pernitioſa que ſupra retulimus om
ni conatu a tyrannis fieri quo dñationem retineãt veluti poten-
tiores decerpere: ⁊ ſapientes perimere. Et neqꝫ comeſſationes

permittere:neq̃ ſodalitates:neq̃ diſciplinā:neq̃ aliud quicq̃ ta
le:ſed oīa cauere. vnde conſueuerint oꝛiri inter ciues intelligētia
⁊ fides. Et neq̃ ſcholas:neq̃ conuent⁹ aliquos vacationis alicu
ius fieri cōcedere:⁊ oīa facere ex quibus ciues inter ſe q̃ maxime
incogniti ſint oēs. Cognitio enim fidem generat inter ipſos: ⁊ ſa
tellites eius apparere ſemper;: ac verſari foꝛis:quominus latere
poſſit quid quiſq̃ agat:aſſueſcātq̃ animū ſubmittere ꝑ ſeruitutē
continuā : ⁊ alia quecūq̃ talia perſica ⁊ barbara tyrānidis ſunt.
Cuncta eñ idem valent. Et ne lateant conari quecūq̃ quis dixe
rit aut fecerit:ſed eſſe exploꝛatoꝛes quēadmodū Syracuſis hi q̃
deductoꝛes nuncupabant ⁊ auricularij:quos ſubmittebat Hie-
ron vbicunq̃ foꝛet congregatio aliqua vel conuerſatio . Minus
eñ audent:qui talia foꝛmidāt:⁊ ſi audent:minus latere poſſunt. C
Calūniari quoq̃ inuicem ⁊ collidere amicos cum amicis : ⁊ ple-
bem cum nobilitate:⁊ diuites inter ſeipſos:⁊ ſubditos ad pauꝑ-
tatem redigere tyrānice eſt prauitatis vt neq̃ ſumptus fiat in cu
ſtodia : ⁊ illi quotidianis moleſtijs occupati vacare non poſſint
ad conſilia contra tyrānos ineunda . Exemplū huius autē Py-
ramides egypti : ⁊ donaria Cypſelidarū : ⁊ olympi edificatio a
Piſiſtratidis facta:⁊ Policratis opera circa Samū. Hec eñ oīa
fuerunt inſtituta ad ocium ⁊ quietē populoꝛū tollendā : ⁊ ad in-
ducendā pauꝑtatem per tributoꝛū penſionē:vt etiā ſyracuſis fa- D
ctum eſt. Dionyſio eñ eam ciuitatē tenēte cōtingit ſyracuſanos
in quinq̃ annoꝛū tp̄e cunctas facultates ſuas in ſoluēdis tribu
tis conſumpſiſſe. ¶ Studet etiā bellū concitare tyrān⁹:vt nego-
cijs occupent ciues. ⁊ indigentia ducis continuo detineant. Et E
regnū q̃dem ꝑ amicos ſeruat. Tyrāni autem eſt maxime amicis
diffidere:quaſi velint omnes:poſſint aūt maxime amici cum ſub
uertere. ¶ Et q̄ fiunt circa vltimā popularē gubernationē tyran
nica ſunt oīa:vt potentia mulierū domi quo reuelent viroꝝ ſecre
ta. Et manumiſſio ſeruoꝛū eadem de cauſa. Nō eñ inſidiant ſer-
ui ⁊ mulieres tyrāno:⁊ ſi pꝛoſpere degāt neceſſe eſt vtroſq̃ beni-
uolos foꝛe/⁊ erga tyrānidem:⁊ erga popularē ſtatum:nam ⁊ po-
pulus dominus eſſe vult . Ex quo fit vt adulatoꝛes apud vtroſ-
q̃ in honoꝛe habeātur. Eſt eñ qui populum colit ⁊ ducit populi
adulatoꝛ. Tyrānoꝛum vero qui aſſentando cōuerſatur quod eſt
opus adulatoꝛis. Nam pꝛopter hoc prauos amicos habent tyrā
ni ꝙ adulationibus gaudent. Id autem nemo faceret qui mentē
haberet libero homine dignam:ſed amant boni viri vel nō adu-
lantur ⁊ viles praui ad praua. Clauus enim clauo:vt dicitur pꝛo
uerbium. ¶ Nullo quidem honeſto nulloq; libero delectari tyrā
nicum eſt . Se eñ ſolum eſſe talem putat tyrannus. Qui autem
ſubditoꝛū vel honeſtati ſtudent vel libertati minuere excellentiā
⁊ pꝛeeminentiam tyrannidis videntur. Oderunt ergo illos tyran

rum. Et videri velle non aſperum: ſed cum grauitate honeſtum ⁊
talem. vt eum non timeant obuij. ſed magis reuereãtur. Hoc aũt
non facile eſt eum aſſequi qui foret contẽnendus. Quapropter
opus eſt ⁊ ſi non aliarum virtutum: at ſaltem ciuilis cum curam
habere: ac talem de ſeipſo opinionem afferre. Inſuper non ſolũ
ipſum videri nulli protinus ciuium contumeliam facere: ſed etiã
neminem illorum qui circa eum ſunt. ¶ Eodemqꝫ modo ſe habe h
re mulieres ſuas erga ceteras mulieres. Nam et per cõtumelias
mulierum permulte iam tyrannides perierunt: et circa volupta-
tes corporis contrarium facere quam nunc faciunt quidam tyrã
ni. Non ſolum enim ſtatim ab aurora id agunt conueniantqꝫ per
dies plures: verumetiam apparere volunt alijs quod ita faciant
vt tanꝙ felices beatoſqꝫ admirentur. Sed in talibꝰ maxima erit
moderatio adhibenda vel ſaltem videri ab alijs illa fugere. Non
enim faciliter inuadi poteſt: nec faciliter contemni qui ſobrius
ſit: ſed qui ebrius: neqꝫ qui vigilet: ſed qui dormiat. Contrariũ qꝫ
agendum eſt ſupradictorum fere omnium. Corroboranda enim
et ornanda ciuitas eſt ab eo tanꝙ a curatore: ac non tyranno.
¶ Videri etiam oportet ipſum erga religionem deorum afficere
vehementer. Minus enim formidabunt populi ne quid contra iu-
ſtitiam fiat ſi religioni deditum illum exiſtimabunt principem ac
deorum timorem habere: minuſqꝫ contra illum audebunt inſur- i
gere quaſi deos habeat propitios et fauentes. ¶ Verumtamen
oportet ſine improbitate talem videri: atqꝫ eos viros qui aliqua
in re laudabiliter ſe geſſerint honorare: ita vt non exiſtiment vnꝙ
ſe magis honorari a ciuibus ſuis in libertatem degentibus po
tuiſſe: hos autem honores ipſemet tribuere debet tyrannus: pe
nas vero et animaduerſiones per alios infligere: per magiſtratꝰ
vꝫ. et iudicia. Communis vero cuſtodia omnis dñationis vnius
eſt neminem vnum pre ceteris magnum facere: ſed plures: nam ſe
inuicem cuſtodient. Quod ſi quem extollere oporteat: non tamẽ
eum qui ſit moribus audax: naꝫ hmõi hoies aptiſſimi ſunt ad in
uadendum circa res omnes. Si vero cuiuſꝙ potentia minuenda
eſt modice ac non vno ſimul impetu omnis poteſtas eſt auferen
da. ¶ Inſuper ab oĩ cõtumelia abſtinendum: precipue tamen a l
duabus: ne in corpus flagris: neue in etatẽ libidine inſultũ agat.
Maximeqꝫ id cauendum in illis hominibus qui honorem ma
gnifaciunt. Nam in pecunias illatam iniuriã auari hoies graui
ter ferunt. In honorem vero illatã et qui boni ſunt viri ⁊ qui ho
norem magnifaciunt permoleſte patiuntur. Quapropter aut nõ
huiuſmodi hominum opera vtendum eſt: aut animaduerſiones
in illos primo more ac ſine vlla cõtumelia ſunt faciende. In eta
tem vero ex amore ſit conuerſatio non ex licentia. Deniqꝫ hoc de
decoris impenſione maiorum honorum eſt redimendum: co-

rum aũt qui vim inferendam cõtra corpus tyrãni inſurgunt: iſti ſunt formidãdi: ⁊ cauendi: qui ita diſpoſiti ſunt vt amplius viuere nõ curẽt cum occiderint. Quapꝑ maxime cauendũ eſt ab his qui vel ſeipſos vel eos quos habeant chariſſimos cõtumelia af-
M fectos putant: ſine vlla enim cura proprie ſalutis irruũt qui ꝑ indignationẽ ꝗ irã aggrediuntur. Quemadmodũ ⁊ Heraclitus inquit durũ eſſe dicens pugnare aduerſus iram. Uita enim id emi. Cũ vero ciuitates ex duabus cõſiſtant partibus: ex inopibus ſcꝫ ⁊ opulentis maxime quidem de vtriuſqꝫ partis ſalute cogitãduꝫ eſt ab eo qui gubernat ⁊ alteros ab alteris nulla iniuria afficĳ. Quicũqꝫ tamẽ eorum ſint potentiores hi precipue ſunt a gubernatione vendicandi: ac velut proprĳ efficiendi. Nam ſi hoc extiterit neqꝫ ſeruorum liberationẽ facere compelletur tyrãnus: neqꝫ arma adimere. Altera namqꝫ pars tyrãni potẽtie adiuncta ſufficiẽs erit ad ſuperandũ eos qui cõtra inſurgere vellent. ¶ Superfluũ autẽ particulariter dicere de omnibus iſtis. Intẽtio eñi manifeſta eſt ꝙ oportet non tyrãnicum: ſed tanqꝫ patrẽfamilias ⁊ regem eſſe putari ab illis qui ſub eo ſunt: nec pro ſe capientem: ſed pro cõmunis vtilitatis tutela et cura: et mediocritates in vita ſequi nõ exceſſus. ¶ Preterea egregios viros per familiaritatem ſibi coniungere. Plebem vero ac multitudinem per fauorẽ ⁊ gratiã in obſequio retinere. Ex his eniꝫ neceſſe eſt nõ ſolũ dñationẽ eius pulchriorẽ ⁊ optabiliorẽ ex eo: q2 melioribus imperet et non abiectis: neqꝫ ex eo ꝙ ipſe neqꝫ odio ſit neqꝫ formidetur: verũetiã ex eo ꝙ longiorẽ ac durabiliorẽ eius dñationẽ fore contingat. Inſuper moribus talẽ eſſe. vt vel recte ſe habeat ad virtutẽ vel ſemibonus q̇ dã ſit: vt vel recte ſe hẽat: ⁊ non malus: ſed ſeminalus.

¶ De duratione tyrãnidis et loco Platonis obſcuro et reprobatione Socratis. Capitulũ duodecimnm.

AT qui omnium gubernationum breuiſſime durare ſolẽt paucorum potentia: ⁊ tyrannis. Quippe illa que plurimo durauit tempore. Orthagore et filiorũ qui apud Sicyonios tyrannidem habuere ad centeſimum vſqꝫ annum peruenit. Durationis vero cauſa fuit ꝙ mediocritate quadam erga ſubditos vtebantur: multaqꝫ regibus ſeruientes agebant: et qui aptus rei militari fuit Cliſthenes non facile contemnendus habebatur. Plurimum vero conuerſatione ⁊ vſu familiari fauorem ⁊ gratiam hominum acquirebat. Fertur eniꝫ Cliſthe-
A nes coronaſſe iudicem qui victorie illius contradixerat. Aiũt quidam huius iudicis ſtatuam eſſe illam qui in foro ſedet. Piſiſtratus quoqꝫ fertur aliquando apud conſilium Ariopagi citatus iudicium ſubiĳſſe. ¶ Secunda vero apud corinthum Cypſelidarũ tyrannis. nam ea durauit annis tribus et ſeptuaginta et menſibus ſex. Cypſelus eñi ipſe tyrãnidẽ exercuit annis triginta. Periã

drus vero quadraginta quatuor: Psammeticus aūt gordij annis tribus. Cā vero durationis eadē fuit. Cū eīm popularis eſſet Cypſelus aegrā apud multitudinem preualeret ſinē vlla corporis cuſtodia in oratione perſeuerauit. Periādrus autem eius filius magis tyrānice ſe geſſit. Sed vir erat bello egregius. ¶ Tertia piſiſtratidarum Athenis hic autem non fuit cōtinua. Bis eīm ex tyrānide pulſus fuit Piſiſtratus. Itaqꝫ ex annis triginta tribus ſolū annis ſeptē ⁊ decem tyrānidem exercuit. Filij vero eius annis decē ⁊ octo: atqꝫ ita oēs ſimul anni fuerūt quinqꝫ ⁊ triginta. ¶ Ex reliqs vero illa q̄ apud ſyracuſas fuit: Hieronis ⁊ Gelōis ſed non longa fuit: hic annis enim nō amplius q̄ꝫ duo de viginti durauit. Gelon. n. ſeptē annis cū tyrānidē exercuiſſet octauo defunctus eſt: Hieron aūt decem. Thraſibulus vero mēſe decimo excidit. Ceterarū vero tyrānidum plereqꝫ breui tpe durauerunt oēs. Que igitur ſint tam circa gubernationē plurium q̄ꝫ circa gubernationem vnius ſolius per que ⁊ corrumpantur ille ⁊ ſeruentur: fere dictum eſt. ¶ In repu. vero Platonis Socrates de mutationibus loquitur: nec tamē recte. Illius enim reſpu. que eſt optima atqꝫ prima mutatio nulla propria aſſignatur. Inquit enim cauſam eſſe mutationis: quia ſic natura comparatum ſit vt nihil permaneat: ſed in ambitu quodā tpis mutationem recipiat. Eſſe vero principiū horū inquit quorū ſexquitertius cubus quarto cōiugatus duas exhibet harmonias. inquiens qn̄ numerus diagrāmatis hmōi efficiatur ſolidus vt puta natura producēte prauos ⁊ meliores diſciplina: hoc ergo forſan inquit non male. Fieri enim poteſt vt ſint aliqui quos diſciplina inſtitui ac bonos fieri viros impoſſe eſt. Sed hic non propria mutatio foret illius reipu. quam optimam eſſe vult magis q̄ꝫ aliarum omnium ⁊ vniuerſorū que fiunt etiā in tempore: propter qḋ (inquit) oīa mutari ⁊ que non ſimul incipiunt ſimulqꝫ mutantur. Ceu ſi prima dies eſſet mutationis ſimul mutarentur. Preterea quā ob cām ex illa trāſit ad lacedemoniorum rempu. Sepe enim in contrariam trāſeunt reſpu. omnes: vel in ea que ſint propinqua. Eadem ratio eſt de alijs quoqꝫ mutationibus: ex Laconica. n. inqͭt mutatio fit ad paucorū potentiā. Ex iſta vero ad popularem ſtatum. Ex illo rurſus ad tyrānidē. Atqui ⁊ ecōtrario mutantur. ceu ex populari in paucorum potentiam: ⁊ magis quidem q̄ꝫ in vnius gubernationem. Preterea tyrānidis vtrum mutatio ſit vel non ſit: nil dicit: propter quam cauſam nec in quam reipu. ſpēm tranſit. Huius vero cā eſt quod nō faciliter dicere valebat: infinitum enim. Nam ſecundum eum in primam ⁊ optimam: ſic enim vtiqꝫ fieret cōtinuo circulus. ſed mutatur in tyrānidē tyrannis: vt ea q̄ apud ſicyōios ex Myronis tyrānide in Cliſthenis. Et in paucorum potentiā: vt illa que in Chalcide fuit Anticleōtis. ⁊ in popularē

B

C

¶ Sextus Politicoꝝ Ariſtotelis.

¶ Quot que rebuſpublicis: paucoꝝ potentijs: ⁊ popularibꝰ gubernationibus: conueniant conſiderandum ſit.

¶ Capitulum Primum.

Quot igitur ſint differẽtie: ⁊ quales eius qḋ delibe randi hꝫ poteſtatẽ: ⁊ in quo ſumma huius rei con ſiſtit in repub. ⁊ circa magiſtratuũ ordinationẽ et de iudicijs: ⁊ qualia ad qualẽ ordinenꝉ rempu. et preterea de corruptionibꝰ ⁊ conſeruationibꝰ rerũ pu. ex quibꝰ prouenıãt: ⁊ quas ob cauſas: dictum eſt prius. Sed cũ pl̄res ſint ſpecies popularis: ⁊ ſi militer aliarũ gubernationũ: de illis ſi quid reſtat nõ peiꝰ fuit cõſiderare: ac ſimul vnicuiqꝫ earũ propriũ ⁊ cõuenientẽ modũ reddere: ac preterea cõſiderare cõiunctiones ſimul ipſorũ modoꝝ. Nam eorũ coniunctio parit rerũpu. varietatẽ: vt ⁊ optimatũ gubernationes ad paucoꝝ declinent potentiã ⁊ reſpu. magis populares exiſtãt. Dico autẽ cõiunctiones quas cõſiderare opꝫ: et nunc vſqꝫ cõſiderate nõ ſunt: ceu ſi pars, illa que in deliberando verſaꝉ: ⁊ illa q̄ circa electiones magiſtratuũ cõſiſtit: ita inſtituta ſit vt cõferat paucoꝝ potẽtie: ⁊ circa deliberãdũ illo modo. circa electiones vero ad optimatũ gubernationẽ magis declinet: vel ꝑ aliũ quẽdã modũ: nõ oĩa inſtituta ſunt ad reipu. congruentiã. A

¶ Cum vero hi ſuperſint qui bello intendunt: ⁊ qui conſultant
de vtilibus / ⁊ iudicant de iuſtis ⁊ non iuſtis: qui quidem maxi
me videntur partes ciuitatis / vtrum ⁊ hos eſſe alios ponenduꝫ
ſit: vel eiſdem hominibus ambas partes tribuendum? Clarum
eſt ꝙ quodammodo eiſdem: ⁊ quodammodo alijs. qua enim al
terius vigoris / vtrunqꝫ opus ⁊ alterum prudentia / alterum viri
bus indiget. qua vero impoſſibile eſt eos qui afferre vim ⁊ prohi
bere eos poſſunt ſubiectionem pati ſemper eiſdem. qui enim ar
morum domini ſunt idem etiam ſunt domini ſtatus vel mutatio
B nis reipub. Reſtat igitur vt eiſdem quidem ambobus reſpu. tra
datur non ſimul quidem: ſed vt natura fert. ¶ Vires quidem iu
nioribus ſunt: prudentia vero in ſenibus: ſic inter eos diſtribui
cōmodum eſt: ⁊ iuſtum eſſe videtur. Habebit enim hec diſtribu
tio id quod eſt ſecundum dignitatem. Atqui poſſeſſiones quoqꝫ
circa hos eſſe oportet. Neceſſe eſt enim facultates adeſſe ciuibus
hi autē ſunt ciues: nam turba quidem vrbana vilium miniſte
riorum nulla pars eſt ciuitatis: nec aliud genus quodcūqꝫ quod
non ſit virtutis effector. ¶ Patet hoc ex eo quod premiſimus.
Felicitas enim neceſſe eſt vt per virtutem fiat: felicem vero dice
re ciuitatem debemus / non ad partem aliquam eius reſpicien
tes: ſed ad omnes eius ciues. Manifeſtum igitur ꝙ horum eſſe poſſeſ
ſiones oportet: ſiquidem neceſſe eſt agricolas eſſe ſeruos ⁊ barba
C ros vel miniſtros. ¶ Reliquū eſt ex his qui ſupra numerati ſunt
genus eſſe ſacerdotum quoꝝ inſtitutio manifeſta eſt. neqꝫ enim
agricola: neqꝫ artifex: neqꝫ vilium exercitiorum quiſqꝫ ſacerdos
eſt deputandus: honor enī dijs eſt a ciuibus impendendus. Sed
cum diſtincti ſint ciues in partes duas: hoc eſt in eos qui arma
tenent / ⁊ in eos qui conſultant: ⁊ decens ſit dijs cultum exhibere
⁊ requietem ſuſcipere eos qui pro tempore in his laborauerunt
ac defeſſi ſunt: his vtiqꝫ eſſet ſacrorū cura demandanda. ¶ Que
igitur ſint ſine quibus ciuitas ſtare non poteſt: ⁊ quot ſint ciui
tatis partes: dictum ſit. Agricolas enim et artifices / et omne mi
niſterium ciuitatibus exiſtere neceſſarium eſt. Sed partes ciui
tatis ſunt hi qui arma tenent / et qui conſultant: ⁊ ſeparatum eſt
vnumquodqꝫ iſtorū: hoc quidem ſemper: hoc vero ſm̄ partem.

¶ De diſtributione ciuitatis / comeſſationibus / partitione regio
nis / cultoribus / ⁊ agricolis. Cap. Decimum.

Uidetur

Videtur aũt nõ nunc neq̃ pauloante hoc notum fuiſſe A his qui de repu. philoſophãt φ per gña ſit ciuitas diſtinguẽda: ⁊ pugnatorũ genus aliud eſſe: aliud agricolarũ. Nã in Egypto vſq̃ ad hoc tp̃s in hunc modũ ſe hʒ ⁊ in Creta: in Egypto quidẽ Seſoſtra legẽ ferẽte: in Creta vero Minoe. ❡ Antiqua videt̃ etiã comeſſationũ inſtitutio. qđ in Creta factũ eſt Minoe regnãte: ſed multo prius hoc in Italia q̃ in Creta cõſtitutũ fuit. Tradunt enim periti hoĩes illorum locorum fuiſſe Italũ quẽdam Enotrie regem a quo mutato nomine pro enotris Itali ſunt vocitati: orãq̃ illã maritimã Europe q̃ eſt inter ſcillaticũ ⁊ lameticũ ſinum (diſtant vero hec loca inter ſemidiei) Italie nomen primo recepiſſe. Hunc ergo Italum tradũt agriculturã Enotros docuiſſe cum prius eſſent paſtores vagi ac palãtes: illiſq̃ leges poſuiſſe: ⁊ comeſſationes inſtituiſſe primum. Quapropter etiam nunc quidam illorum populorũ comeſſationibus vtuntur: ⁊ legibus quibuſdam ab illo poſitis. incolebant autem eam Italie partem que ad tyrrenã verſa eſt opici: qui nunc auſonij nominantur. Alteram vero partem q̃ ad Iapygiam ⁊ Ionium pertinet incolebant Chaones Syrtim appellatam: ⁊ ipſi quoq̃ ab enotris orti. Inuentio igitur comeſſationum: hinc primum extitit. Diuiſio autem ciuitatis per genera apud egyptum incepit. Seſoſtris enim multis temporibus ante fuit q̃ Minos in Creta regnaret. Et alia fere credendum eſt eodem modo inuenta fuiſſe multotiens in longo tempore: immo vero infinities. Nam ⁊ que neceſſaria ſunt ad vſum vite indigentiam ipſam docuiſſe: rationabile eſt: que autem ad ornatum ⁊ affluentiã: illis repertis: additamenta poſtmodum facta fuiſſe: ad expolitiorem viuendi formam. quod eodem modo in conſtitutione rerũpu. accidiſſe credendũ eſt. Eſſe vero cuncta vetuſta ſignũ eſt φ Egyptij (quo℞ antiq̃tas maxima putatur) leges habuerũt ⁊ ciuilẽ inſtitutionem. Quap̃p vtẽdũ eſt his q̃ ſufficiẽter tradita ſunt: ⁊ q̃ deficiunt reperire conandũ. ❡ Qđ igitur agri ⁊ poſſeſſiones eorũ eſſe debẽt qui arma tenẽt: quiq̃ p̃tes ſunt ciuitatis dictũ eſt. ⁊ qua de cã cultores illarũ alios eſſe opʒ. ⁊ quãta et qualis dʒ eſſe regio. ❡ De diſtributione vero ipſius regionis et B q̃ ⁊ quales debẽt eſſe cultores dicendũ eſt primũ. Nõquidẽ neq̃ cões oĩm cenſem⁹ eſſe debere poſſeſſiones: vt quidã tradidere: ſʒ vſu amicabili cões fieri: neq̃ deeẽ vlli ciuiũ alimẽta. De comeſſationib⁹ quoq̃ vr̃ oĩb⁹ vtile eſſe vt aſſint bñ inſtitutis ciuitatib⁹. Quã vero ob cãm nobis quoq̃ idẽ videat̃ poſtea dicem⁹. Opʒ aũt ciues vniuerſos ad ea℞ cõiõnẽ admitti. At nõ facile ẽ vt q̃ paupes ſint cõtribuere ſtatutã penſionẽ ex p̱prio poſſint: ⁊ ceterã domum gubernare. Preterea in ſacrificijs cultuq̃ deorũ ſumptus communes eſſe debent totius ciuitatis. ❡ Eſt igit̃ neceſſa

De diſtributiõe regionis.

rium in duas partes regionē diuidere: τ aliam eē publicam: aliā priuatoꝝ. Utraqꝫ illarū partiū rurſus diuidēda eſt. Illius nāqꝫ partis quā publicā eē debere diximꝰ: vna pars deorum cultui deputāda eſt. Altera vero ad comeſſationū impenſam. Rurſus vero priuati agri ꝑs vna ad propriaſ neceſſitates eſt deputanda. Altera vero ad ciuitatē vt duabus ſortibus vnicuiqꝫ diſtributis amborum locorum omnes participes ſint. Equū enim τ iuſtum ita ſe hꝫ: τ ad finitima bella concordantius. Ubi enim hic modus nō ſeruatur: alij faciliter proſiliunt ad finitimoꝝ inimicitias. alij nimium illas refugiunt τ contra dignitatem. Quāobrem apud quoſdā lex ē vt qui agros habēt vicinos hꝰ nō admittanꝭ ad cōſilium belli aduerſus illos ſuſcipiendi: quaſi ob priuatam ſui cāꝫ recte cōſilium dare nō valētes. agroꝝ igitur ꝑ hūc modū facienda partitio eſt ob cās antedictas. ¶ Cultores aūt ipſi maxime qdem ſi ſm votū optandū eſt: ſerui eē debēt: neqꝫ oēs viiꝰ generis: neqꝫ animo elati: ita enim ad faciendum opus vtiles forent: et nihil noui ab eis metuendum erit in ſecuritate degentibus. Scđo autem loco barbari miniſtri: nā ſikes his quos ſuprad: ximus. horum autem in priuatis quidem agris τ ipſi priuatorum dominorum ſint: in publicis vero publici. Queadmodum autꝫ ſeruis vtendum ſit: τ quare melius eſt omnibus ſeruis premium libertatis eſſe ꝓpoſitū: poſtea dicemus.

¶ De ſitu vrbis locis rebuſpublicis accōmodatis: priuatis edificijs: muris: ornatu ciuitatis. Cap. vndecimum.

A In ſitu ciuitatis eligendo ad qtuor reſpiciendū eſt.

Urbs aūt qꝫ terre mariſqꝫ pticeps eē dꝫ τ q̄ ad totā regionē ſiſr dꝫ eē: cōſequātū fieri pōt dictū eſt prius. ipſiꝰ aūt ad ſeipſam optādū eſt poſitionē ſortiri ad qtuor reſpiciētes. Primū ad ſanitatē: qđ eſt neceſſariū. ad oriētē. n. ſolē conuerſe vrbes τ ad eos vētos q̄ inde pfluāt ſalubriores ſunt. Secundo loco que ſunt ſm Borēā ſite: hec namqꝫ ſunt ad hyberna potiores. ¶ In reliquis vero vt ad ciuiles res τ ad bellicas oportune ſe habeat. ad bellicas quidem vt facilis ſit ciuibus i aliena egreſſio: hoſtibus autem difficilis aditio: ac difficilis circūdatio. ¶ Aquarum autem τ ſtagnorum abundantiam habeat maxime naturalem: qꝫ ſi naturalis deficiat ex aqua pluuiali ciſterne et lacus qui magnamvim aquarum ſuſcipiunt: comparentur: ita vt inde aqua ſi quando obſiderentur nunqꝫ deeſſe poſſit. ¶ Sꝫ cum oporteat de ſanitate inhabitentium curam habere: hoc autem ſit primum in ſitu τ qualitate loci vt bene ſe habeant. Secundum in aquaruꝫ ſalubrium vſu. In ea quoqꝫ re eſt diligentia merito adhibenda quibus enim plurimum τ frequentiſſime vtimur ad corpus: ea plurimum conferunt ad ſanitatem. aquarum autꝫ

B Sanitas

et venditorum potentia talem habet naturam. Quapp in ciuitatibus que recte ſapiunt diſtinguendus eſt aquarum vſus: ſi non

omnes ſunt pares:nec abūdātia ſit earū aquarū:vt alie ſeorſum aque ad cibum ⁊ potum:alie ad aliā indigētiā deputētur. ❡Lo Aqua. ca aūt munita nō piter cūctis ciuitatib⁹ vtilia ſūt:vtputa arx ad dñationem vni⁹ vel paucorum. In pplari vero viuēdi mō:equa litas loci. In optimatū ꝓ gubernatione neutrū iſto℞:ſed ma gis loci plures ardui. ❡Priuatarū aūt domorū forma gratior ⁊ cōmodior ad ceteras res exiſtimaꝛ ſm recētiorē ⁊ Hippodamiū modū. Sꝫ ad ſecuritatē hoſtiū tutelāqꝫ ciuitatis vtilior erat ātiq̄ rū edificatio:habebant eñ illorū edificia inextricabiles adit⁹:ex q̄b⁹ niſi conſueti euadere vix poſſent:⁊ inſcrutabiles latebras ſi q̄ aggrederenꝛ:quare vtriſqꝫ horum pticipare debēt. Pōt.n.hoc fieri ſi quis ita diſponat vt ſolent agricole illos quos vocant quidā vinearum tramites. Et nō totā vrbem facere penetrabilē ſed portas quaſdam ⁊ loca.ſic eñ ⁊ ad ſecuritatem ⁊ ad ornatū ſe bñ habebit. ❡Menia vero q̄ dicūt nō oportere adeſſe ciuita C tib⁹ illis que virtutē poſſideāt nimiū priſce loquūtur:⁊ hoc vidēt perperiētiā reprobatū in ciuitatib⁹ q̄ id ſibi ad gloriā iactabant. Eſt eñ ad pares ac nō multo excedētes multitudine nō ſatis de corū p menia ſeruari velle.ſed cū aliqñ id cōtingat ⁊ fieri poſſit vt multo maior hoſtiū multitudo ⁊ maior virtute ſupueniat: ſi ſal uos eſſe oportet:neqꝫ perire:neqꝫ contumelijs affici firmiſſimam munitionem murorum putandum eſt opportuniſſimam eſſe i bel lo:preſertim hoc tempore in quo tormenta ⁊ machie ad obſidio nes vrbium cum omni ſubtilitate ſunt adinuente. ❡Simile eſt enim ciuitatem non circundandam eſſe menibus cenſere ⁊ regio nem facilem ad inuadendum querere:⁊ deijcere montuoſa loca: D et priuatis domibus non circundare parietes quaſi viles futuri ſint ciuitatis habitatores. ❡Atqui ne id quidem latere oportet quod qui menibus circundantur:licet eis in vtramqꝫ partem vti vrbibus ⁊ tanq̄ muros habentibus ⁊ tanq̄ non habentibus:ſꝫ eis qui menia non habent:non licet. ❡Si ergo per hunc modū ſe habet:non ſolum menia circundanda ſunt vrbi: verumetiam curandum:vt ⁊ ad ornatum ciuitatis ſe habeant decenter: et ad bellicas opportunitates:tum ad alias:tū ad illas que nunc rep te ſunt. Ut enim aggreſſoribus cura eſt quibus modis vincant: ita quedam iam reperta ſunt:quedā inueſtigare atqꝫ pbari opꝫ eos qui defendunt.a principio enim non aggrediuntur expugna re eos qui bene ſe preparauerint.

❡De edib⁹ ſacris:foris:et locis comeſſationū.

❡Capitulum Duodecimum.

Um vero multitudo ciuiū in comeſſationes diſtributa eē debeat:menia ꝓ ſint pſidijs q̄buſdā ⁊ turrib⁹ p op portuna loca interpoſitis muniēda:clarū ē q̄ res exigit

aliquas comeſſationũ in illis ipſis preſidijs collocari: ꝛ hec q̄dē
A p̄ hũc vtiqꜫ modum vident̄ conſtituēda. Edes vero deoꝝ ac p̄n
cipaliſſime magiſtratuũ comeſſatiões idoneũ locũ habere debēt
ꝛ eundem ſacra quotcũqꜫ lex nõ ſeparat: aut reſpõſum oraculi.
Eſſet aũt talis locus q̄ſq̄s ſupeminētiā haberet ad poſitionē vir
tutis ſufficiēter: ꝛ ad vicinas partes ciuitatis excellent er. Decet
aũt ſub hoc loco cõſtructionē fori eē talē qualis eſt in Theſſalia
eius: q̄d liberũ vocant. i. q̄ dꝫ eē purũ ab oī mercatu: ꝛ neqꜫ opifi
ces neqꜫ agricolas: neqꜫ alios vllos tales illi appropinquare: niſi
a magiſtratib⁹ vocarent̄. Eſſet vero hic loc⁹ gratioꝛ ſi ꝛ gymna
ſia ſenioꝝ in eo ſint conſtituta. Decet. n. ſm̄ etates diſtribui hũc
B ornatũ: ꝛ in iunioꝛib⁹ magiſtrat⁹ quoſdam verſari. Senioꝛe s aũt
p̄ñtia ma magiſtratibus aſſiſtere. Preſentia enim magiſtratuum ante ocu
giſtratuũ los poſita gignit veram reuerentiam liberalemqꜫ pudoꝛem.
añ oclos ¶ Venalium autē rerũ aliud foꝛum eē dꝫ: ꝛ alto loco ſitum con
poſita gi- greſſu facile quo ꝛ a terra ꝛ a mari facilis ſit impoꝛtatio omniũ.
gnit verā ¶ Cum vero multitudo ciuium diuiſa ſit in ſacerdotes ꝛ magi
reuerētiā ſtratus decens eſt ſacerdotibus circa edes ſacras eē comeſſatio
liberalem nes inſtitutas. Magiſtratuũ autem quicunqꜫ de contractib⁹ ius
qꜫ pudoꝛē dicunt: ꝛ qui de accuſationibus cognoſcunt: et qui circa vocatio
nes in ius ꝛ aliam huiuſmodi adminiſtrationem intendunt: ꝛ in
ſuper qui edilitatis ꝛ vrbanarum rerum curam gerunt iuxta fo
rum in loco celebri communiqꜫ ſunt comeſſationes ſtatuende. ta
lis eſt locus illius fori in quo neceſſaria venundantur. Nam alte
rum illud foꝛum ſuperioꝛi loco ſitum debere eē diximus ocioſuꝫ
hoc aũt ad negocia rerum neceſſariarum deputari. ¶ Hunc eũ
dē oꝛdinem in regione quoqꜫ imitandum eſſe dicimus. Sũt enĩ
magiſtratus quidam apud ruſticos quos alij ſyluarum cuſto
des: alij agrimenſoꝛes appellant: quibus ꝛ loca ad cuſtodiam re
gionis ꝛ comeſſationes ſunt iiſdem in locis conſtituende. Tēpla
quoqꜫ per agros diſtributa eſſe debent: partim dijs partim heroi
bus. Sed imoꝛari nũc circa iſta ſuperfluũ eſt cum ſint illa nõ diffi
Dīre voti cilia cognitu: ſed magis factu. Dicere enim voti eſt: euenire autē
ē: euenire foꝛtune. Quapꝑ circa talia inſiſtere: ad preſens omittamus.
ēt foꝛtũe. ¶ De recta intētiõe finis ꝛ medijs de felicitate: ꝛ actib⁹ ꝟtutis:
de externis: de his q̄b⁹ hoīes fiunt ſtudioſi ꝛ qualitate ciuium.

¶ Capitulum Decimũtertium.

DE re autem publica ipſa ex quibus ꝛ qualibus conſta
re debet ciuitas que beata ſit futura ꝛ recte gubernari.
A dicendum eſt. Duo ſunt in quibus omnis commenda
Obꝛ in fi tio bene agendi conſiſtit. Unum vt propoſitum ac finis
ne ꝛ i his agendi recte ſubiaceat. Aliud vt eas que ad illum finem ferant
q̄ ſũt ad fi actiones: inueniamus. Fieri enim poteſt vt ꝛ concoꝛdent hec inter
nē ꝯtigat ſe: ꝛ diſcoꝛdent: nam quandoqꜫ illud ad quod intenditur recte
errare.

iacet:ſed in actionibus per quas illo potiri credimus:aberratur. Quandoqꝫ autem omnia ad finem diriguntur:ſed finis ipſe eſt praue poſitus. Quandoqꝫ etiam in vtroqꝫ eſt error veluti circa medicinam. Neqꝫ enim quale aliquid eē oꝫ ſanū eē corpus:recte iudicant interdum:neqꝫ ad ſuppoſitū ſibi finem opera dirigunt. Oportet autem in artibus ⁊ ſcientijs hec vtraqꝫ obtineri finem: et eas que ſunt ad finem actiones. ¶ Quod igitur bñ viuere ac felices eſſe omnes cupiunt.manifeſtum eſt:ſed alijs poteſtas ē adipiſcendi:alijs non:pp fortunam aliquā:vel nām. Opus eſt enīꝫ adiumentis quibuſdam ad bene viuendum minoribus quidem illis:qui melius diſpoſiti ſunt:maioribus autem qui peius. Alij vero ſtatim non recte querunt felicitatem cū poſſint.

¶ Cum autem propoſitum noſtrum ſit optimam rēp. videre:ea vero eſt per quam ciuitas optime gubernetur. Optime autem gubernatur ſi felicitatem maxime recipiat. Manifeſtuꝫ eſt ꝙ q̄d ſit felicitas latere non debet. Diximus aūt in ethicis (ſi modo illorum librorum vtilitas vlla eſt) operationem eſſe ⁊ vſum virtutis perfectum:et hunc non ex ſuppoſitione:ſed ſimpliciter. Dico autem ex ſuppoſitione que neceſſaria ſunt:ſimpliciter autem qđ in ſeipſo commendationem habet:veluti circa res iuſtas iudicare:punire:ſupplicio afficere a virtute quidem eſt.ſed neceſſaria ⁊ ex neceſſitate bene ſe habent. Eligibilius namqꝫ foret nullo tali indigere: neqꝫ hominem:neqꝫ ciuitatem.at enim ad honores et opes ſimpliciter ſunt optime actiones:nam alterum quideꝫ mali alicuius electio eſt:hec autem contra. Effectiones enim bonorum ſunt et generationes. ¶ Studioſus enim vir ⁊ paupertate et morbo:⁊ alijs fortune aduerſitatibus laudabiliter vtetur: verumtamen felicitas in contrarijs exiſtit:nam ⁊ hoc determinatū fuit in Ethicorum libris quod talis eſt ſtudioſus cui per virtutē bona ſunt ſimpliciter bona. Paret autem quod ⁊ vſus iſtos neceſſarium eſt ſtudioſos ⁊ bonos eſſe ſimpliciter. Quapropter exiſtimant omnes externa bona cauſam eſſe felicitatis:ceu ſi q̄s bene pulſandi cauſam putat eſſe lyram magis quam artē. Neceſſarium eſt ergo ex his que dicta ſunt alia ſubeſſe:alia parare legis poſitorem:ex quo ſecundum votum optamus conſtitutionem ciuitatis in his quorum domina eſt fortuna. Dominam eñ illam poſuimus. Sed ſtudioſam eſſe ciuitatem non eſt fortune opus:ſed ſcientie ac electionis. Atqui ſtudioſam eſſe ciuitatem: eſt ciues illos qui in repu. verſantur eſſe ſtudioſos. Nobis auteꝫ omnes participes ſunt reipub. Hoc igitur conſiderandum ē q̄uo fiant ſtudioſi. Nā ſi recipiat oēs eſſe ſtudioſos.non autem ſingu B
los ciuium:ſic foret optabilius:ſequitur enim ad ſingulos ⁊ oēs Bōi ⁊ ſtu-
eē. ¶ Atqui boni quidem ⁊ ſtudioſi fiant per tria. Sunt autem dioſi fiūt
hec tria:natura:mos:⁊ ratio. Etenim naſci oportet primum ceu ꝑ tria.

hominẽ ⁊ non aliud animal: ⁊ ſic qualem aliquẽ ſm corpus ⁊ animã. Quedã etiã naſci nulla vtilitas eſt. Mores enim mutari faciunt. Nã aliqua per naturã ad vtraqꝫ apta: ꝑ mores ad peius vel ad melius cõuertunt. Cetera igr̃ aĩalia maxime viuũt ſm naturã: parũ vero aliq̃d vt ſm mores: hõ aũt ⁊ ſm rõnem: ſolus eñ rõnẽ hꝫ. Itaqꝫ opꝫ hec ſimul cõcordare. multa eñ ꝑter mores: etiã preter nãm agũt hoĩes ꝑpter rõnem: ſi perſuadeat̃ melius eẽ aliter agere. Nã igitur q̃les eẽ opꝫ eos q̃ legũ poſitori ſint parituri: determinatum eſt prius. Reliquũ opus eſt iam diſcipline. quedam aſſueſcendo diſcuntur: quedam audiendo.

¶ De idẽtitate iperantiũ ⁊ parentiũ: ⁊ dñ̃ia: de diſciplina: virtute ptib⁹ aĩe: errore circa fines: ⁊ de dñatiõe. Ca. decimũquartũ.

Cum vero oĩs ſocietas ciuilis conſtet ex imperantibus ⁊ parentibus: hoc iam cõſiderandũ eſt: vtrũ alios eſſe opꝫ qui imperant ⁊ alios q̃ parẽt: an eoſdẽ per vitã. Patꝫ eñ ꝙ ⁊ diſciplina ſm hãc diuiſionẽ ſequi debebit. ¶ Si ergo tñ differrẽt alteri ab aliĳs quãtum dĳ ⁊ heroes ab hoĩbus differre putantur: vt primũ ſtatim corpe ac poſtea aĩo longe añcellerent: ac manifeſte indubitateqꝫ appareret eoꝝ ſupeminentia: clarum eſt ꝙ ſemꝑ eoſdẽ iſtos melius foret imperare: alios vero parere. Sed cũ facile nõ ſit hoc reperire: nec eſt (vt apud indos Scylax eẽ ait) reges tñ a populis differre: manifeſtũ eſt ꝙ ꝑpter multas cauſas neceſſariũ eſt: vt oĩs ſiłr ꝑticipes ſint viciſſim imperãdi ⁊ parẽdi. Equũ eñ idem ſiłibus ⁊ difficile eſt ſtare rempu. que cõſtituta ſit preter iuſtitiã: cũ illis eñ qui ab imperãdo excluderentur cõcurrerent oẽs qui ſunt in regione ſtatũ mutare cupiẽtes ⁊ tantã eſſe multitudinẽ in reipu. gubernatiõe: vt ſit potior iſtis: vnũ aliq̃d impoſſibiliũ eſt. ¶ At eñ ꝙ oporteat eos qui in magiſtratu ſunt differre a ſubditis. indubitabile eſt. q̃uo ergo hec futura ſint: ⁊ q̃uo ꝑticipant: ꝯſiderare dꝫ legiſlator vt prius diximus. Natura eñ oſtendit quẽadmodũ hec diſtinguẽda ſunt. Fecit eñi eoſdem gñe: alios iuniores: alios ſeniores: quorum alteri debent parere gubernãtib⁹ alteri gubernare. Indignatur aũt nemo propter etatẽ maiori concedere. Nec putat illũ qui cedit potiorem ſe eſſe: preſertim cum ⁊ ipſe qñ ad id etatis peruenerit: eundẽ honorem ſit recepturus. Eſt ergo vt eoſdem eſſe dicere: eos qui parent ⁊ imperant: eſt etiã vt diuerſos. Itaqꝫ ⁊ diſciplinã: vt eandẽ dicere neceſſe eſt ⁊ vt diuerſam. Qui eñi imperare velit recte oportere aiũt prius ſub iperio fuiſſe. Imperium vero: vt primis libris dictum fuit: aut gratia imperãtis eſt: aut gratia ſubiectoꝝ. Horũ alterum ſeruorum eſſe diximus: alterũ liberorum. ¶ Mãdatoꝝ vero q̃dam inter ſe differunt nõ in agendo: ſꝫ in cuius gratia. Quapropter multa q̃ videñtur eẽ miniſtroꝝ opa ⁊ adoleſcentũ: liberis

A Primi et tertĳ cap. Appetit⁹ ſenſitiui eẽ virtutes iſti dẽ ⁊ appetit⁹ rõnalis ẽ excellentiores.

hoīb⁹ pulchrū eſt miniſtrare. At pulchrū em̄ ⁊ nō pulchrū nō tm̄ differūt actiones ꝑ ſeipſas: quātum in fine ⁊ gratia cuius. Cuȝ vero ciuis ⁊ pſidētis eandē virtutē eſſe dicimus que eſt optimi viri: ⁊ eundē prius parere debere: poſtea imperare: hoc vtiqꝫ erit legū poſitorū intuendū laborādumqꝫ: vt boni viri efficiātur: ⁊ per que exercitia: ⁊ quis finis vite optime. ¶ Diuiſe autē ſunt due ꝑtes aīe: quaꝝ altera rationē ꝑ ſe hȝ: altera nō hȝ quidē per ſe. Ue rūtamen rationi obtēperare poſſunt quaꝝ dixim⁹ eſſe virtutes illas per quas vir bonus dicit̄ quodāmodo: ſed in vtraqꝫ iſtarum magis eſt finis: his qui ita diuidūt vt nos fecim⁹: ambiguū non eſt quomodo ſit dicendū. Semꝑ em̄ deterius melioris gratia eſt: ꝑȝ hoc in his q̄ ſunt ꝓm artē: ⁊ in his q̄ ſunt ꝓm naturā. Melius autē illud qḋ rationē hȝ. ¶ Diuidit̄ autē dupliciter: vt nos conſueuimus diuidere. Eſt em̄ ratio illa actiua: alia contēplatiua ſic ergo neceſſe eſt ⁊ hanc partē diuidere: ⁊ clarū eſt ꝙ actiones correſpondēter ſe habere dicemus. Et opȝ eas actiones q̄ ſunt meliores ꝓȝ naturā magis expetēdas eſſe ab his q̄ cōſequi poſſunt: aut oīa: aut illa duo. Semper em̄ cuiqꝫ.i. maxime expetendū cui⁹ potiri eſt ſummū. ¶ Diuiſa eſt autē vita tota in negociū ⁊ ociuȝ: bellūqꝫ ⁊ pacē. Et agibiliū quedā ſunt neceſſaria ⁊ vtilia: quedā honeſta. In quibus neceſſe eſt eandē eſſe optionē ⁊ partib⁹ aīe ⁊ ipſarū actionib⁹. Bellū quidē gratia pacis. Negociū autē gratia ocij. Neceſſaria ⁊ vtilia gratia honeſtorū. ¶ Ad cuncta igitur hec aſpicere dȝ qui legē ponit: ⁊ ad partes aīe: ⁊ ad illaꝝ actiōes magis vero ad ea que meliora ſunt ⁊ fines. Eodē modo ⁊ circa vitas ⁊ rerū diuiſiōes. Poſſe em̄ opȝ ⁊ in negocio verſari ⁊ in bello. Preferēda tamē eſt pax ⁊ ocium: neceſſaria ⁊ vtilia poſſe agere. preferenda ſunt tamē honeſta. Itaqꝫ ad hoc tanq̄ ad ſignū: ⁊ pueri adhuc exiſtentes: ⁊ alie etates que indigent per diſciplinā ſunt dirigende. Nam qui nunc grecorū recte gubernari videntur ⁊ legūlatores qui eas reſpu. inſtituerent: neqꝫ ad optimū finem videntur aſpexiſſe cum rebuſpub. inſtituerent: neqꝫ ad omes virtutes diſciplinā ⁊ leges direxiſſe: ſed onerose declinauerūt ad illas virtutes que videntur vtiles ac plus habere faciunt. Similiter quoqꝫ poſteriorū quidā ſcriptores opinionē ſuam eandē oſtenderunt. laudantes enim Lacedemoniorū rempu. admirantur: et commendāt legiſlatoris propoſitū ꝙ oīa ad potentiā ⁊ ad bellū direxerit: que ⁊ per rationē refelli poſſunt: ⁊ perfecta ipſa nunc reprobata ſunt. Ut enim plurimi hominū dominari late cupiunt: quoniā exinde multa proueniunt fortune commoda. ſic Tybron admirari laudareqꝫ videt̄ Lacedemoniorū legūlatorem: quicunqꝫ alter de rep. illorum ſcripſit/ ꝙ propter exercitationem eorum ad pericula multorū dominationē ſibi cōpararunt. ¶ Atqui patȝ ꝙ cum non habeant nunc dn̄ationem Lacedemonij: nec felices

Sēꝫ deterius

B

amplius eſſent:nec legũlatoꝛ eoꝝ bonus. Inſup illud ridiculũ ſi permanentes in legib⁹ eius:nulloqꝫ impediēte illis legibus vti: omiſerunt bene viuere. Non recte vero ſuſcipiunt: neqꝫ de dominatione ad quā intēdiſſe legiſlatoꝛē oſtendunt. Nam imperiũ liberoꝝ meli⁹ eſt ac magis ex virtute:ꝙ dñari vt ſeruis. ¶ Preterea non ꝑ hoc ciuitas felix eſt exiſtimāda: neqꝫ legiſlatoꝛ laudandus ꝙ vincere docuerit ꝛ finitimis dñari:hec em̄ magnũ cōtinent nocumentũ:nā ꝛ aduerſus ciues hoc aget qui poterit: ꝛ ciuitati ſue dñari queret. De quo accuſant Lacedemonij Pauſaniā regē lꝫ in tāta dignitate cōſtitutũ. ¶ Nec ſane aliqua hmōi rō eſt:aut lex ciuilis:neqꝫ vtilis:neqꝫ vera:eadē em̄ optima ꝛ priuatim ꝛ publice legũlatoꝛē inducere opꝫ in animos hominũ: neqꝫ exercitatio rerũ bellicarũ ob id eſt meditāda:vt in ſeruitutē adigāt immerentes:ſed pͥmũ ne ipſi ſeruire alijs cōpellant. Deinde vt imperiũ querāt grā vtilitatis ſubiectoꝝ:nō aũt oium dñationem. Tertio vt eis dominent q̇ ſeruire ſunt digni. ¶ Qđ aũt opoꝛteat legis poſitoꝛē ſtudere: vt ꝓuiſio ſua ꝛ circa res bellicas:ꝛ circa alias inſtitutiones ad ociũ:ꝛ ad pacē referat.facta certe ſermonibus atteſtant.nā plereqꝫ taliũ ciuitatũ bellũ gerētes cōſeruant:ſed cum dñationem adepte ſunt:deſtruunt.ſplendoꝛē em̄ veluti ferrũ per pacē amittũt. Cauſa huius eſt legũ poſitoꝛ qui non ita inſtituit vt in ocio ſtare poſſint.

¶ Uirtutem contemplatiuam ad optimā rēpub.pertinere.de virtutib⁹ tꝑe pacis ꝛ belli:ꝛ a quo pͥmũ inſtō facienda.

¶ Capitulum Decimũquintũ.

Cum ergo idem finis eſſe videatur publice ꝛ priuatim hoib⁹:ꝛ eundē finē neceſſe eſſe ſit viro optimo ꝛ optime reipu. manifeſtũ eſt opoꝛtere virtutes eas que ad
A ociũ ſpectant illi inexiſtere. Finis eſt em̄ (vt ſepe iam diximus) belli pax:negocij ocium. ¶ Sunt aũt vtiles ad ociũ ꝛ quietē virtutes:quarũ op⁹ in ocio eſt: ꝛ quarũ in nego
B cio. Opꝫ aũt multa negocioꝝ nobis exiſtere:vt liceat in ocio eſſe. Quapꝛopter temperatā ciuitatem eſſe opoꝛtet ac foꝛtem ꝛ patientem. Nā vt eſt in ꝓuerbio:nullum ociũ ſeruis. Qui vero non pñt foꝛtiter pericula ſubire ſerui ſunt inuadentiũ. Foꝛtitudine igitur ꝛ conſtantia opus eſt ad negociũ:pħia vero ad ociũ. Temperantia aũt ꝛ iuſtitia in vtroqꝫ tꝑe:ſed magis in pace ꝛ ocio. Nam bellũ quidē ipſum cogit hoies eſſe iuſtos ac tēperatos. Foꝛtune aũt ꝓſpere fruitio ꝛ ocium cum pace petulantes magis facit. Multa igitur iuſtitia multaqꝫ temperātia indigent hi q̇ in optimo ſtatu conſtituti videntur:ꝛ in fruitione oiuꝫ rerũ que beatos facere putantur:veluti ſiqui ſunt (vt poete tradũt) in beatoꝝ inſulis. Maxime enim hi pħia ꝛ temperātia ꝛ iuſtitia indigerent qui in optimo ſtatu cōſtituti vñr:quanto magis ocioſi ſunt in abūdātia ta-

liuʒ bonoꝝ. Qua igitur de cauſa beata ⁊ ſtudioſa futura ciuitas his indigeat virtutibꝰ: manifeſtũ eſt. Turpe eſt em̄ non poſſe frui bonis: ſʒ in negocijs quidē ⁊ bello viros probos videri: in ocio aũt ⁊ pace ſeruiles. Quãobrem opꝫ (nõ queadmodũ Lacedemonioꝝ ciuitas) virtutē exercere. Illi em̄ nõ eo ab alijs differũt ꝙ nõ putent eadē maxima bona que ceteri: ſed eo ꝙ ꝓuenire illa exiſtimant magis per aliquã virtutē. Qm̄ vero maiora ſint hec bona q̄ ea que belli: ⁊ fruitio coꝝ q̄ virtutũ: ⁊ qꝛ illius gratia: manifeſtũ eſt ex his. ¶ Quõ aũt ⁊ ꝑ que id erit vtiq̄ conſiderandũ. Diximus vtiq̄ ſupra diuidētes ꝙ natura ⁊ more ⁊ rõne indigemus Ex his aũt quales ⁊ aliquos natura eſſe opꝫ determinauimus. Reſtat videre vtrũ rõne prius an moribus ſit eruditio facienda. Hec em̄ ſimul concordare debent optima concordatione. Cõtingit em̄ rõnem aberrare ab optima ſuppõne: ⁊ ſimiles per mores duci. ¶ Clarum eſt hoc: primũ quidem queadmodũ in alijs ꝙ generatio eſt a principio: ⁊ finis a principio aliq̄ alterius finis. Ratio aũt nobis ⁊ mēs nature finis. Quare ad hec generationeʒ ac morũ inſtõnē parare opꝫ. ¶ Deinde vt anima ⁊ corpus duo ſunt ita quoq̄ duas videmus eſſe anime ptes: vnã irrationalem: alterã que hꝫ rõneʒ (habitus quoq̄ earũ duos) quarũ altera eſt appetitus: altera mēs. Ut aũt corpus in generatione antecedit animã ſic ps irrationalis antecedit eam ptē q̄ rõnē hꝫ. Pꝫ id in pueris quibus ſtatim ira ⁊ volũtas ⁊ cõcupiſcentia exiſtit. At rõ ⁊ mēs ꝓcedente etate in illis fieri nate ſunt. Quapropter corporis curã neceſſe eſt prius ſuſcipere q̄ anime: deinde appetitus curã tamē appetitus grã mentis: curam vero corporis grã anime. ¶ Si ergo ab initio ꝓuidendum eſt a legis poſitore: vt optima ſint corpora coꝝ qui educantur: primo quidē circa cõiugia ꝓuidere dꝫ: qua etate: ⁊ cuiuſmodi exñtes ſint in matrimoniũ copulandi.

C Appetit' ſenſitiui ⁊ rõnalis eē virtutes morales.

¶ De natura ⁊ generatione: etate liberoꝝ ad parentes: tempore nubendi: tpe ꝓcreandi: corporis habitudine ꝑgnantibus: orbis fetibus: procreandoꝝ multitudine: maxime ꝓbato procreãdi tpe: ⁊ alieno concubitu interdicendo.

¶ Capitulum decimũſextum.

Hoc aũt inſtituet legis poſitor inſpiciens ad ipſos: et ad vite tpꝰ: vt etatibus in idē tpis concurrant: nec diſcrepet gignendi potētia. Uiro em̄ adhuc generare potēte ſi mulier ipa cõcipere nõ poſſit: vel muliere q̄dē ad concipiendum apta: ſi vir ipſe non poſſit: lites ac diſcordie inter eos oriuntur. ¶ Ad filioꝝ quorum ſuſceptionē eſt inſpiciendum ne nimis diſtent ab etate paterna: qm̄ nec ipſi ſenioribus gratiã referre vllam pñt: nec parentes filijs alimenta preſtare. Nec etiam nimis ꝓximi ad etatem paternam accedere debent filij. Habet em̄ hoc turbationem non paruã. nam minor fu-

B Precepta nãʒ reſpicientia.

D

tura eſt reuerentia hmōi filioꝝ erga genitores: vt pote quaſi ſint
equales: ⁊ circa gubernationē domus querele ex iſta quaſi pari-
Anni gi- tate ſoleant ꝓuenire. ¶ Inſup. vnde cepim⁹ huc ꝓuenim⁹: vt cor-
gnēdi. pora natorum ſint ſm legis poſitoris voluntatē. fere quidem hec
oīa ꝓueniunt per vnā diligentiā. Nā cū ſit finis gignēdi vt pluri-
Uir vſqꝫ mū viris quidē ſeptuageſimus annus: mulieribus aūt q̄nquage-
ad ſeptua ſim⁹: ita coniugandi ab initio ſunt: vt etatibus ad hūc finē cōcur-
geſimum rant. ¶ Eſt aūt adoleſcentiū cōiunctio improba ad filioꝝ ꝓcrea-
annū: mu tionē. In cunctis eīn aīalibus iuueniles partus imꝑfecti ſunt et
lier vero femine crebrius q̄ꝫ mares: ⁊ parua corporis forma gignuntur.
vſqꝫ ad Quo circa neceſſe eſt hoc idem in hoībus ꝓuenire. Huius aūt
50. gigne coniectura fuerit ꝙ in q̄buſcūqꝫ ciuitatibus cōſuetudo eſt adole-
re pōt. ſcentes mares puellaſqꝫ cōiugari: in eiſdē inutilia ac puſilla ho-
C minū corpora exiſtunt. In partu quoqꝫ laborant magis puelle ac
Qua eta- pereunt plures. ex quo reſponſum oraculi Trezenijs datum qui-
te du cen- dam exiſtimant ob iſtam cauſam: quaſi multis pereuntib⁹ ꝓpter
da ſit immaturitatē nuptiarū: nō pp fructuū collectionē. ¶ Ad cōtinē-
vxor tiā quoqꝫ vtile eſt nuptias fieri ſeniores. intēperantiores eīn eſſe
videntur cū puelle veneri aſſueſcunt. ac maſculoꝝ corpora creſce-
re impediunt: ſi adhuc augente corpe veneree rei intendāt: nam
et⁹ rei q̄dā eſt determinatum tꝑs: qđ nō multo amplius excedit.
D ¶ Quapropter puellas q̄dē circa etatē decem ⁊ octo annoꝝ nu-
Anni nu ptui tradere cōgruit: maſculos aūt circiter etatē annoꝝ ſex ⁊ tri-
bēdi. ginta. In hoc eīn tꝑe ⁊ vigentibus corporibus coniungent: ac ꝓ-
cedēte tꝑe ſimul apte deſinēt ꝓcreare poſſe. Et filioꝝ ſuſceptio ꝑ-
tim erit ab initio eis etate vigentibus: ſi recte ꝓcedat ſtatim gña-
tio. ꝑtim iā vergentibus ad annū ſeptuageſimū. Quibus igitur
etatibus cōiugia ſint facienda dictū ſit. ¶ Tempus aūt anni vt
nunc multi obſeruant: recte ꝑ hyemem apti⁹ ad nuptias eſſe vide-
tur. Sed conſideranda ſunt in ꝓcreatione liberoꝝ que a medicis
⁊ que a phyſicis tradunt. Medici aūt tēpora opportuna corpori-
bus ſufficienter oſtēdunt. phyſici autē de ſpiritibus boreales ma-
gis q̄ꝫ auſtrales laudant. ¶ Que autē quibus corporibus nato-
rum maxima eſſet vtilitas magis dicendū eſſet: vbi de diſciplina
liberoꝝ tractatur. Summatim vero ſat fuerit nunc dixiſſe: neqꝫ
eīn athletarū habitudo vtilis fuerit ad ciuilem habitum: neqꝫ ad
ſanitatem ⁊ ꝓcreationem liberoꝝ: nec rurſus humilis ⁊ imbecil-
la nimium: ſed media iſtarū. laborioſam eīn habitudinē habere
opꝫ: exercitatā vero laborib⁹ nō violentis: neqꝫ ad vnum laborē
ſolum vt athletarū habitudo: ſed ad liberalia opa: hec aūt ſilr vi-
E ris mulieribuſqꝫ exiſtere debent. ¶ Pregnantes quoqꝫ mulieres
curam habere corporum opꝫ: non pigreſcentes: neqꝫ ſubtili vten-
tes alimonia. hoc aūt facile eſt legum poſitori ꝓuidere: ſi iubeat
ſingulis diebus iter quoddā facere debere ad deorū ſacra mulie-

res que ſortite ſint concipiendi honorez. Mens tamen cōtra quā
corpus in tranquillitate eſt traducenda: que eñ fiunt ab ea q̄ con
tinet capere videnꝭ: quemadmodum illa que naſcuntur a terra.
¶ Circa expōnem aūt vel educationē filioꝝ lex ſit: nihil orbatū
natura fore educandū. ¶ Si vero mores inſtitutaqꝫ ciuitatis pro
hibeant natos exponere: determinanda ꝓfecto erit procreando-
rū multitudo. q̄ ſi q̄buſdā ad procreandum copulatis preter hec
euenerit: ante euenire opꝫ: ne fetus concipiantur. nam poſtq̄ cō
cepti ſunt: ⁊ ſenſum aut vitā conceperint: nefas eſt eos attingere.
Cum vero determinatū ſit qua etate vir ⁊ vxor ſint ab initio cō-
iugandi: q̄to tp̄e liberis opationem dare conueniat: determine-
mus. Senioꝝ eñ fetus: queadmodū iunioꝝ impfecti ſunt ⁊ cor-
poribus ⁊ intellectibus: ſeneſcentium quoqꝫ fetus ſunt irrobuſti.
Quapp ⁊ ſm intelcꝰ vigorem: quapp ⁊ illud maxime tp̄s ꝓban-
dum eſt in quo maxime intelligentia viget in nobis. Id aūt eſſe
in plurimis circiter annum q̄nquageſimū: vt poetaꝝ quidam di-
xerunt ſeptemnario numero etatez dementientes. Itaqꝫ qui qua-
tuor aut quinqꝫ annis hanc etatem exceſſerint: derelinquere de-
bent in apto procreandi ſtudium: ac decetero vel ſanitatis: vel al
terius hmōi cā concubitum facere videri. Concubitus vero oīs
alterius q̄ꝫ coniugis: penitus ſit interdictus: qñ quidem ſit ⁊ ap-
pelletur maritus. Qd ſi quis deprehendatur cōtrafacere p tp̄s
procreationis: dignam pro delicto penam reportet.

Nihil orbatū fore educādū.

¶ De victu ⁊ diſciplina puerorum.

¶ Capi. Decimūſeptimū.

Suſceptis aūt filijs multū referre putandum eſt ad cor-
poris robur quali victu nutriantur: apparet vero ex ce-
teris aīalibus: ⁊ ex gentibus quibus cura eſt aſſidua bel
lice habitudinis: nutrimentum lactis maxime ꝓprium
eſſe corporibus: abſtemium aūt magis pp egritudines. Et prete-
rea motus quoſcūqꝫ in ea etate fieri datur: conferunt. ¶ Ne mē-
bra vero ob teneritudinem diſtorta fiant: vtuntur adhuc gentes
alique organis q̄buſdam ⁊ machinis q̄ corpus a talibus illeſum
cōſeruant. Confert etiaꝫ ſtatim a pueritia frigori aſſueſcere. Hoc
eñ ⁊ ad ſanitatem: ⁊ ad res bellicas vtile eſt. Quapp apud mul
tos barbaroꝝ cōſuetudo eſt vel gelido amne natos immergere:
vel parua veſte amicire: vt faciunt galli. Ad cūcta eñ ad que poſ
ſibile eſt ſtatim ab initio meliꝰ eſt aſſueſcere. Eſt aūt apta puero-
rū natura ob eoꝝ calorē ad frigus exerceri. Circa primam igitur
etatem: hec ⁊ hmōi diligentia eſt adhibenda. ¶ Sequenti vero
etate vſqꝫ ad annos q̄nqꝫ: q̄ nondū ad diſciplinā aliquā ſunt ad-
monendi: nec labores perferre cogendi: ne creſcere impediantur:
motus ſolūmodo quoſdam ſuſcipere debent: quo pigritiam cor-
poris euitent: qui motus preparandi ſunt illis: ⁊ per alios

A Apd germanos vt meminit galenꝰ in libris Tē pera.

actus:⁊ per ludum. Ludi vero ipſi neqꝫ illiberales:neqꝫ laborioſi
eſſe debet:neqꝫ remiſſi. ¶ Quas autē narrationes ⁊ fabulas illa
etate pueri audire debeant:cura ſit his qui pueris publice preſi-
ciuntur:cuncta eñ talia ad conuerſationes poſtea futuras accō-
modanda ſunt. Itaqꝫ ludi vtplurimum tales eſſe debent, vt ſint
imitationes eorū que poſtea ſerio erunt facienda. ¶ Cohibitio
nes vero puerorum,⁊ interruptiones ploratus: qui legibus pro-
hibent non recte faciunt. ſunt enim vtiles ad augmentū:cum ſint
B quodammodo exercitationes corporū. Spiritus enim cōpreſſio
facit robur laborantibus:quod contingit etiam pueris ploratuꝫ
cohibentibus. ¶ Prouidendum eſt ab his quibus puerorum cu
ra publice commiſſa eſt circa huiuſmodi educationem ⁊ alia: vt
q̃ꝫ minime cum ſeruis verſentur: hec enim etas vſqꝫ ad annos ſe
ptem neceſſarium eſt vt domi alatur. Rationabile eſt ergo preci-
pere in hac etate vt ab auditu ⁊ viſu ſeruilium rerum abſint.

Spūs cōpreſſio facit robur laborātibus.

¶ Omnino igitur obſcenitas verborum per legiſlatorem exter-
minanda eſt de ciuitate. ¶ Ex turpiter enim loquendi licentia ſe-
quitur turpiter facere. Potiſſimum igitur ſtatim a pueris:nec di-
cant:nec audiant quicq̃ꝫ turpe. ¶ Si quis vero dicere aut facere
quicq̃ꝫ prohibitorum deprehenſus fuerit: is ſi liber ſit:ſed nondū
in conuentum comeſſatorum dignatus aſſumi: honore ꝓhibeat
⁊ verberibus caſtigetur. ſed ſi ſit maioris etatis: ſeruili infamia
afficiatur:admiſſi ſeruilis gratia. ¶ Cum vero dicere quicq̃ꝫ in-
terdixerimus:clarum eſt ꝙ ⁊ aſpicere aut picturas: aut actus de
formes ꝓhibemus. Sit igitur cura: magiſtratibus nullam neqꝫ
picturam neqꝫ ſtatuam eſſe talium rerum imitatricem:niſi apud
deos quoſdam tales:quibus etiam laſciuiam lex tribuit: apud
hos ꝑmittet lex hoīes pro ſe ⁊ filijs ⁊ vxoribus ſacra facere.

¶ Iuniores autē neqꝫ iamborum:neqꝫ tragediarum ſpectatores
eſſe ſinat:niſi cum ad eam peruenerint etatē: vt in comeſſationibꝰ
vna cum alijs ſedere:⁊ potius etiam participes eſſe poſſint: ⁊ ab
huiuſmodi labe inſontes diſciplina oēs efficeret. ¶ Nos quidem
nunc curſim iſta attingimus:poſtea vero inſiſtētes, oportebit:de
terminare magis:ſiue oportet:ſiue nō oportet:primo querentes:
⁊ quō:ſed in preſenti mentionem de his facere neceſſarium fuit.
Forſitan enim nō male circa hoc cenſebat Theodorus tragedia
rum actor:nulli eñ vnq̃ꝫ concedere voluit: vt ante ſe ageret: neqꝫ
ex modeſtis etiā hiſtrionibus quaſi magis faueant auditores il-
C lis quos primo audierint. Contingit hoc idē conuerſationibus
hominū ⁊ rerum. Omnia eñ prima nos magis delectāt: quapro
pter opꝫ a pueris omnia turpia ꝓcul remouere:⁊ maxie quecūqꝫ
habent in ſe vel obſcenitatē vel improbitatē. ¶ Tranſactio vero
anni ſquinqꝫ: in duobus. ad ſeptē vſqꝫ: opꝫ iam diſciplinas ſpe
ctare quas addiſcere eos opꝫ. Due ſunt etates in quas neceſſa

Oīa prīa nos magis delectāt.

rium eſt diſciplinas diuidere. Una poſt ſeptimum annuz vſqz ad pubertatem. Altera a pubertate vſqz ad annum vigeſimumpri mum. Nam qui hebdomadibus diuidunt etates vtplurimum di cunt non bene. Itaqz ſequenda eſt naturalis diſtinctio. Omnis enim ars ⁊ diſciplina implere vult id quod deeſt nature. Pri mum igitur videndum eſt ſi facienda ſit inſtitutio quedam circa pueros. Deinde ſi vtile ſit publice curam eorum ſuſcipere: vel ma gis priuatim quod nunc fit in plurimis ciuitatibus. Tertio qua lem hanc eſſe curam oportet. D

Quo tpe pueri ex ponēdi ſit diſciplis. E

¶ Septimi Politicorum.
Ariſtotelis
Finis.

¶ Octauus Politicorum Ariſtotelis.

¶ Quod facienda ſit inſtitutio circa pueros: ⁊ illam publice eſſe ſuſcipiendam ad reipublice formam.

¶ Capitulum primum.

QUod igitur legis poſitore maxime intendendum ſit circa diſciplinam iuuentutis: nemo vtiqz dubi tabit. nā id quidem neglectū in ciuitatibus affert reipu. detrimentum. Oportet enim ad ſingula gu bernandi gña diſciplinam accōmodari. Naz mos vniuſcuiuſqz reipub. ꝓprius: ⁊ conſueuit ſeruare rempu. ⁊ ab initio conſtituere: ceu popularis mos popularem: ⁊ paucorum potentie accōmodatus mos eā que con ſiſtit in paucoruz gubernatiōe. Semꝑ autē melior mos cā eſt me lioris reip. ¶ Preterea in cunctis facultatib⁹ ⁊ artibus ſunt que dam ad que erudiri prius opz ⁊ aſſueſieri ad eaꝝ opa. Itaqz ma nifeſtum eſt: ꝙ ⁊ ad virtutis actiones. ¶ Cū vero vn⁹ ſit finis ci uitatis totius: clarum eſt oportere diſciplinā quoqz eſſe vnā ⁊ eā dem oīum: ⁊ huius curā eſſe publicā: ⁊ non priuatā: quēadmodū nunc vnuſquiſqz curam hꝫ ſuorum filioꝝ: priuatimqz: ⁊ priuatā diſciplinā docēs prout ei vī. Sed opz publicorum publice exerci tationē fieri ⁊ ſimul non dꝫ quiſqꝫ ciuis ſe ſui exiſtimare: ſed oēs ciuitatis. Particula eīn ciuitatis vnuſquiſqꝫ eſt. cura vero ſingu larū ꝑticularū reſpicere nata ē ad curā toti⁹. Laudari pñt in hoc Lacedemonij: nā plurimā circa pueros diligentiā faciunt: ⁊ qui dem publice. Quod igr̄ lege ꝓuidēdum ſit circa diſciplinā iuuen tutis: ⁊ hoc publice faciendum: patet. A B

¶ Qualis eſſe debeat inſtitutio puerorum: ꝙ neceſſariorum non omnium: ꝙ liberalium diſciplinaruz quantum ſat eſt: ⁊ ad finē liberalem.

¶ Cap. ſecundum.

Ueнам vero iſta ſit diſciplina: ⁊ quō tradēda: latere nō
dʒ:nā nunc quidē in ambiguo ex operibus eſt: nec ean-
dem oēs cenſet iuuentutē addiſcere debere:neqʒ ad vir-
tutem:neqʒ ad vitā optimā:neqʒ cōſpicuū eſt vtrum per
intelligentiā magis deceat:vel per animi morem. Impedimento
rum quoqʒ reſpectus cōſiderationē diſcipline conturbat:cū mani
feſtum nō ſit: vtrum exercitatio nr̄a accōmodanda ſit ad ea que
ſunt vtilia ad vitā:vel ad ea que tēdunt ad virtutē:vel ad ea que
ad maiorē quēdā:ſupfluumqʒ ptinent apparatū. Hec.n.oīa pa-
C tronos quoſdā ſuſcepere. De his quoqʒ q̄ ad virtutē tendunt ni-
hil confeſſum exiſtit. Etenim virtutem nō eandem oēs ſtatim ho
norant:ex quo fit vt diſcordent circa illius exercitationē. ¶ Qđ
igitur ex vtilibus neceſſaria ſint addiſcenda:manifeſtuʒ eſt ꝙ au
tem non oīa diſtinguentibus liberalia opera ab illiberalibus pa
tebit illa talia eſſe recipienda:que cum vtilia ſint faciunt exercen
tem nō vilis exercitij operatorem. Uile autem exercitium putan-
dum eſt:⁊ ars:⁊ diſciplina:quecunqʒ corpus:aut animaʒ: aut mē
tem liberi hominis ad vſum ⁊ opera virtutis inutilem reddunt.
Itaqʒ ⁊ artes ille quecunqʒ deterius diſponunt corpus.⁊ cuncta
mercennaria exercitia ſordida nuncupamus. Mentem eīm occū
patam ⁊ vilem reddunt. Sunt etiā quedā ex liberalibus ſciētijs
quas vſqʒ ad aliquid diſcere honeſtum ſit:penitus vero ſeſe illis
tradere:ac ad extremum vſqʒ proſequi velle nocumētis illis que
ſupradiximus obnoxios facit. Sed refert plurimum:cuius gratia
quis agat vel diſcat:nā ſi gratia ſui vel amicorum vel ꝓpter vir-
tutem non eſt illiberale. Qui vero idipſum agit ꝓpter alios ſepe
vtiqʒ videbitur illiberaliter ac ſordide agere. Diſcipline igitur il-
le de quibus diximus:ad vtramqʒ partem ſe habent.

¶ De quatuor que pueri diſcere ſolent: ꝙ ocium negocio p̄fe-
rendum:⁊ diſcipline illius diſciplinis huius: muſica ad ocium li
tere indifferentes:gymnaſtica ⁊ figurandi peritia ad negocium.

¶ Cap. tertium.

Unt autem fere quatuor quas diſcere iuuenes conſueue
runt:lr̄as:gymnaſticā:muſicā:addunt vero quartam q̄-
daʒ:figurādi peritiā. Lr̄as quidē ⁊ figurationem tanq̄
vtiles ac valde expedientes ad vitā. Gymnaſticā vero tā
q̄ pertinentem ad fortitudinē. De muſica vero ambigitur iam.
Nam nunc quidā plurimi voluptatis gr̄a illam addiſcunt: vete-
res autē inter diſciplinas eā collocauerūt:ex eo ꝙ nā querit (vt ſe
D pe dictum eſt) nō ſolum in negocio recte;verumetiā in ocio lauda
biliter poſſe verſari. Hoc.n. principium eſt oīum:vt rurſus de illo
dicamus:ſi enim vtroqʒ opus eſt:magis autem expetendum eſt
ocium. Nec id quidem in ioco:nam ſic neceſſe foret iocum eſſe fi-
nem vite:ꝙ ſi impoſſibile:magiſqʒ in negocijs vtendum eſt ioco.

Nam qui laborant indigent relaxatione: et huius gratia eſt iocus negocia vero ſunt cum labore et conatu: et propterea oportet iocū adhibere qui tanq̄ medicinam eo tempore afferat. Nam relaxatio eſt huiuſmodi motus animi et requies ꝓpter voluptatem.

¶ Ocium autem ipſum videtur in ſe voluptatem habere et felici E
tatem et vitam beatā: et hoc non in negocioſis: ſed ocioſis exiſtit. Nā qui negociatur: alicuius gratia negociatur qđ ſibi deſit. Felicitas autē finis eſt: quā nō cum dolore: ſed cum voluptate eē oēs putāt. Hanc tn̄ voluptatē non eandem oēs poſuerunt: ſed ſm ſe vnuſquiſq3: et ſm ſuum habitū. Optimus tn̄ optimā et eā que ſit ab honeſtiſſimis. ¶ Itaq3 manifeſtum eſt q͛ op3 ad ociū quoq3 degendum addiſcere quedam: et erudiri: et has eruditiones ac diſciplinas ſuiipſarum eſſe gratia: illas vero que ad negocium tanq̄ neceſſarias et gratia aliorum. Quapropter et muſicam antiqui inter diſciplinas collocauere: nō tanq̄ rem neceſſariam: nihil.n. h3 tale: neq3 tanq̄ vtilem: vt litere ad lucrum: et ad rem familiarem: et ad ſtudia: et ad ciuiles actiones complurimas. Uidetur quoq3 figurandi peritia vtilis eſſe ad iudicandum melius artificū opera. Neq3 vt gymnaſtica ad ſanitatem et robur. nullum.n. horū videmus ex muſica fieri. Reſtat ergo q͛ ad degendum in ocio: ad quod et apparent adhiberi: quam enim putant degentiā eē ingenij hominum in ea inſtituunt. Quapropter Homerus in poemate ſuo ita inquit: ſed quale eſt vocari ad menſuram opiparē paratam. Deinde nominans quoſdam alios ſubdit: et accerſunt citharedum qui omnes demulceat: et alio loco ait Ulixes: optimam eē degendi rationem qn̄ letie oibus ꝯuiue audiunt citharedū ſedētes per ordinem. Quod igitur ſit diſciplina quedā quam non vt vtilem: neq3 vt neceſſariam docendi ſint filij: ſed vt liberalē et honeſtam: manifeſtum eſt. Utrum autem vna ſit numero an plures et que nam iſte et quomodo: poſterius dicetur. Nunc autem id premiſſum ſit q͛ apud antiquos habemus teſtimonium ex his diſci B
plinis quas diximus. Muſica enim hoc manifeſtat: ac etiā de vtilibus q͛ aliqua addiſcere pueros oportet: nō modo ꝓpter vtilitatem: vt lrarū eruditmēta: verumetiā ꝓpter multas diſciplinas alīs que per lrās addiſcuntur. Sil'r vero figurandi pitiā nō vt in vendēdo emēdoq3 vaſa non decipiantur: ſed potius q2 cōtemplari facit pulchritudinem corpoꝝ. Querere vero vtilitatem vbiq3 minime congruit magnanimis et ingenuis hominibꝰ. Cum vero manifeſtū ſit: vtrum moribus an rōne ſit diſciplina tradēda: et an circa corpus primo: vel circa mentem: patet ex his q͛ adoleſcētes gymnaſtice et pedotribice ſunt tradendi: quarum altera qualem aliquam facit habitudinem corpis: altera operationes.

¶ De gymnaſtica: et puerorum exercendorum diſciplina.

¶ Cap. quartum.

Nunc aũ tã ciuitates curã habere pueroꝝ maxĩe vident/athletarũ habitudinẽ inducere ſtudent: in quo deformant corpora/ac augmẽtationẽ eoꝝ impediũt. Lacones vero in hoc quidẽ nõ errãt: ſʒ efferatos laboribus reddũt adoleſcentes quaſi hoc vtile ſit ma-
b xime ad fortitudinem. Atq̃ vt iam ſepius dixim⁹: neq̃ ad vnã virtutẽ/neq̃ ad hãc maxĩe reſpiciendũ eſt ab eo q̃ curã facit inſtitutionis. Et ſi ad hãc: nõ tñ id cõſequũtur. neq̃ enim in aliis aialibus neq̃ in gẽtibus videm⁹ fortitudinẽ adeſſe maxĩe efferatis: ſʒ potius mãſuetioribus ⁊ leoninis morib⁹: multeq̃ ſunt gẽtes q̃ ad cedes oĩum ⁊ ad eoꝝ comeſſationẽ inſultãt: vt circa pontum Achei ⁊ Eniochi: ⁊ ex mediterraneis alie gẽtes he q̃dem ſimilr̃
i his: ille vero magis: q̃ quidẽ gẽtes clanculũ p inſidias latrocinãtur: ad bellica tñ opera nil valẽt. ¶ Preterea ſcim⁹ Lacones dũ ipſi ſoli exercebantur preſtitiſſe ceteris: nũc autẽ ⁊ in gymnaſticis atq̃ actionibus bellicis eſſe aliis inferiores: non em̃ ob id p̃ſtabant q᷑ iuuentutẽ exercerent: ſʒ q᷑ ipſi exercitati cõtra nõ exercitatos pugnabãt. Itaq̃ honeſtas nõ feritas eſt in certaminib⁹ p̃ferenda. Neq̃ em̃ lupus: neq̃ alia beſtia honeſtum periculum
l pugnando ſubiret: ſed magis vir bonus. ¶ Qui vero adoleſcẽtes in hoc nimium tradũt: ⁊ in neceſſariis abſq̃ diſciplina dimittunt: vere illos ſordidos reddunt. Ad vnum enim opus reipub. vtiles faciunt: ⁊ illos ad ipſum aliis deterius: vt ratio oſtendit. Oportet autem non ex prioribus operibus: ſed ex his que nunc fiunt iudicare. Nam nunc quidem illi qui repugnant diſciplinaʒ habent: tunc vero non habebant. ¶ Quõ igitur vtẽdum ſit gymnaſtica: ⁊ q̃uo vtendum confeſſum exiſtat. vſq̃ enim ad pubertatem leuiores exercitationes ſunt adhibende/abſq̃ victu vllo violento ⁊ laboribus coactis: ne corpora creſcere impediantur. Signũ erit non paruum q᷑ ita contingat: quia inter eos qui Olympia vicerunt: duo vel tres tantum reperiuntur qui idem adoleſcentes ⁊ viri ſint victoriam conſecuti: propterea q᷑ per exercitationes pueris adhibitas ſublata ſit vis ac robur a violentis la-
m boribus. ¶ Poſt pubertatem vero cum annis tribus ad alia perdiſcenda intenderint: tunc congruit ⁊ laboribus ⁊ victu neceſſario illos occupare. Nã ſimul mente et corpore laborare non oportet: cum ſeinuicem impedire nata ſint: labor quidẽ corporis mentem: mens autem corpus.

¶ De muſica diceptatorio modo. Cap. Quintum.

De muſica vero dubia quedam poſuimus antea: ⁊ nunc rectum erit illa reſumere: vt tanq̃ conſentanea fiat rationibus quas quis de ea dicens oſtendat. Neq̃ enĩʒ facile eſt demonſtrare quam potentiam habeat; neq̃ cuius gratia illam adipiſci oportet: vtrum

ſolatij cā ⁊ requietis: quēadmodū ſomnꝰ ⁊ potus. Nā hec ꝑ ſeip
ſa nō ſunt honeſta: ſꝫ iocūda: ⁊ ſimul ceſſare curas faciūt: vt inq̄t
Euripides. Quapꝑ inſtituūt in illa: ⁊ vtuntur cunctis iſtis ſ. ſōno vi
no: ⁊ potu: ⁊ muſica. in his quoqꝫ ſaltationē poſuerūt. ¶ An ma
gis putādū eſt ad virtutē tēdere muſicā: vt potentē: quēadmodū
gymnaſtica tale aliqđ corpus reddit: ſic ⁊ muſicā talē aliquē mo
rē efficere aſſuefaciētē poſſe recte letari. An ad degēdi rationem
aliq̄d cōfert ⁊ ad prudentiā. hoc enim tertiū ponendū eſt ex his
q̄ dicunt̄. ¶ Quod igit̄ oporteat pueros nō ſolatij gr̄a diſcere: A
manifeſtū eſt. Nō enim ſolant̄ diſcētes: nā cū labore eſt diſcipli- Non ſolā
na. Atqui nec ad degēdi rōnē: pueris: neqꝫ illi etati cōgruit attri- tur diſcē
buere. Nulli em̄ īperfecto cōpetit ꝑfectio: ſꝫ forſan videbit̄ puero tes: nā cū
rū ſtudiū ſolatij eſſe gratia viris factis ⁊ ꝑfectis. Quod ſi hoc ta labore eſt
le eſt: cuiꝰ gr̄a opꝫ ipſos addiſcere: ac nō potiꝰ (inſtar Perſaꝝ me diſcipliā.
doꝝ regū) ꝑ alios idē faciētes voluptatis ac diſciplie participes
fieri. Etenim neceſſe eſt meliꝰ perfici ab his q̄ hoc opus ſuū fece
rūt ⁊ artē: ꝙ ab his q̄ tanto ſolū tꝑe in eo laborauerūt: quāto ad
diſcūt. Qđ ſi opꝫ in his eos laborare: ſilr̄ ⁊ circa epularū appa-
ratū oportebit vtiqꝫ eos addiſcere: qđ eſt abſurdū. ¶ Eadē quo
qꝫ dubitatio cadit ſi poſſit mores facere meliores: quid enim opꝰ
eſt eos hec addiſcere: ac nō ex alijs audiētes recte letari ⁊ iudica
re poſſe: quēadmodū Lacones: illi enim ꝙꝙ non didicerint poſ
ſunt tn̄ recte iudicare (vt aiunt) que ſit bona: vel nō bona melo-
dia. ¶ Eadēqꝫ rō foret ad ſolatiū: ⁊ ad rōnem degēdi ocij libero
homine dignam. Quid enim oportet eos diſcere ac nō alijs vtē-
tibus frui. ¶ Conſiderare hoc lꝫ ex opinione quā habemꝰ de dijs
nō em̄ Juppiter cātat: at citharā pulſat ſ̄m poetas: imo illos q̄ B
talia faciūt appellamus viles: ⁊ opus illud nō viri neqꝫ ſobrij ſꝫ
iocantis. At enim de his poſtea erit cōſiderandū. ¶ Pria ꝙo qō
eſt vtrū muſica ſit ī ioco reponēda: vel nō: ⁊ q̄d pōt efficere đ his
tribus in dubitatione ꝓpoſitis. vtrū diſciplinā: vel ſolatium: vel
rōnem ocij degendi. Rationabiliter quidē ad omnia inſtituitur:
⁊ videtur omnium particeps: nam ⁊ iocus gratia requietis eſt: ac
requietem neceſſe eſt eſſe iocundam. Eſt em̄ medicina moleſtie il
lius que per labores ſuſcipitur: ⁊ ratio degendi ocij non ſolum
honeſtatem habere debet: verumetiam voluptatem. Felicitas
enim ex ambabus iſtis eſt. Muſicam vero omnes fatemur eſſe
ex iocundiſſimis: ſiue nuda ſit: ſiue cum modulatione. inquit pro
fecto ⁊ Muſeus carmen dulciſſimam rem eſſe mortalibus. Qua
propter ⁊ ad cetus familiarium ⁊ ad vitam in ocio degendam ra
tionabiliter illam recipiunt vt potentem letitiaꝫ afferre: vnde ex
hoc quis intelligat illam pueris eſſe perdiſcendam. Quecunqꝫ
enim iocunda ſunt atqꝫ eadem innocua non ſolum congruunt
ad finem verumetiam ad ceſſationem. Cum vero contingat ho-

minibus perraro eſſe in fine: perſepe aũt ceſſent ꝛ vtant iocis nõ ob aliud modo: ſed etiã ob delectationem: vtile foret requieſcere in his q̃ ab illa ꝓueniũt voluptatibus. Cõtingit aũt hoib⁹ facere iocos finẽ: cũ ꝛ habeat fortaſſe finis voluptatẽ quandã: ſʒ nõ quã cũꝗ. Querentes vero illã: accipiãt hãc pro illa: ex eo ꝙ cum fine
